1.Petri.1 manifestius vaticinati sunt, & de futura in nobis gratia prædixerũt secundũ principẽ apostolo-
Iohelis.2. rum. De missione eñ spũs sancti deus per Iohelem prædixit: Effundã de spũ meo super oẽm
Acto.10 carnem. Propter q̃d Petrus de Chr̃o loquens: Huic, inquit, oẽs prophetæ testimoniũ perhibẽt
Ephe.3 remissionem p̃cipere peccatorũ per nomẽ eius, omnes q credunt in eũ. ⌊Iustitia aũt dei⌋. i. no
Acto.15 bis à deo collata ẽ, ⌊per fidem⌋ formatã, ⌊Iesu Christi⌋. i. per fidem catholicam cuius ob F
Matth.9. iectum & causa est Chr̃s. Fides eñ est fundamentũ iustitiæ. Vnde Chrũs frequẽter in euange-
Lu.7.8.18 lio loquitur: Fides tua te saluum fecit, ⌊in oñes⌋ Iudæos, ⌊& super oẽs⌋ Gentiles, ⌊qui cre-
Acto.13 dunt in eum⌋ hoc ẽ, in Chr̃m per fidem formatã, secundum q̃d in actibus dicitur: In hoc oĩs
Acto.15 qui credit, iustificatur. Et rursus: Deus fide purificans corda eorum. ⌊Non eñ ẽ distinctio⌋ Iu
Acto.10 dæi & Græci, tempore euangelicæ legis, q̃tum ad iustificationem prædictam, quia non est per-
Esa.54 sonarum acceptor deus. Et sicut saluator aiebat: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.
Marci.16 ⌊Omnes enim⌋ prædicti, ⌊peccauerunt⌋ & ergo non proprijs meritis, sed gratia dei iustificã
Psal.13 tur, suntq́ consimiles in peccato ac spũali inopia, sicut subiungitur, ⌊& egent gloria dei⌋ hoc
Iohan.15. est, miseratione diuina, vtz gratia, per quam deus gloriosus apparet, qui ex sua liberrima boni-
1.Corĩ.1. tate saluat electos, ita vt nullus in seipso valeat gloriari, sed omne bonum dño ascribatur, ⌊iusti-
Esaiæ.52. ficati⌋ ab iniustitia culpæ, ⌊gratis⌋ sine præcedentibus meritis, ⌊per gratiã ipsius⌋ dei q̃ est
causa formalis nr̃æ iustificationis, sicut albedo ẽ causa formalis albefactionis parietis, ⌊per re-
Hebr.9 demptionem q̃ est in Christo Iesu⌋. i. per passionẽ & sanguinem Christi, in quo ẽ redemptio
nostra sicut in causa efficiente. Ita q̃ passio eius ẽ causa instrumentalis effectiua ac meritoria no-
Apoc.1. stræ saluationis. Vnde de eo scriptum est: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in san-
Esaiæ.53 guine suo. Et Esaias ait: Dñs posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Et: Ipse peccata mul-
Ibidem torum tulit, ⌊quem⌋ videlicet Christum, ⌊proposuit⌋. i. nobis manifeste exhibuit, ⌊deus⌋ pa
1.Iohan.2. ter seu trinitas, ⌋ propitiatorem⌋. i. reconciliatorẽ ac mediatorem, ⌊per fidem⌋ mediante qua
2.Corĩ.5 consequimur fructum dominicæ passionis, seu gratiam dei, ⌊in sanguine ipsius⌋. i. merito effu
Esa.53 sionis sanguinis Christi. Vnde in Esaia propheta scriptum est: Dominus posuit in eo iniquita-
1.Iohan.2. tem omnium nostrum. Et Iohannes ait, Aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum
iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Sic iam deus proposuit Christum propitia-
torem finaliter, ⌊ad ostensionem iustitiæ suæ⌋. i. quatenus se iustum manifestaret implẽdo sua
promis-

A promissa,nec deferendo peccata impunita,imo in Christo quodãmodo vindicans ea,quẽadmodũ Esaias ait: Propter scelus populi mei pcussi eũ. Et Chrũs in psalmos: Quæ nõ rapui,tunc Iob.24 Esa.53.
exoluebã. Proposuit q̃q; sic Chr̃m propitiatorẽ ex parte nostri,⌊ ppter remissionẽ præceden Psalm.68 Michea.7
tium delictoꝝ⌋.i.peccatoꝝ q̃ Christi aduentum pcesserunt. Vel,propter remissionem delictorum præcedentiũ.i.hoim,qui ante Christi incarnationẽ fuerũt,& tenebantur in lymbo inferni,propter reatum originalis peccati. Per Chr̃i vero passionẽ redempti,atq; educti sunt, iuxta illud Zachariæ: Tu q̃q; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in q̃ nõ est Zacha.9
aqua. Delictoꝝ inquã existentium,⌊ in sustentatione⌋.i.in pia atq; longanimi patiẽtia,⌊ dei⌋ Iob.35
qui nõ statim vltus est ea,sed clementer ignouit. Vel,præcedentiũ hoim existentium in sustentatione dei,qui eos in lymbo sustentauit ac cõseruauit sine pœna sensus. Vtrãq; vero sustẽtatio Psalm.144
nem deus exhibuit,⌊ ad ostensionẽ iustitiæ eius⌋.i.propriæ æquitatis vel iustitię, quã causat in Psal.10
nobis,⌊ in hoc tpe⌋ euangelicæ legis,⌊ vt sit ipse⌋ deus, ⌊ iustus⌋ in operibus suis, & à Chri- FINIS.
stianis iustus cognoscat,tanq̃ author iustitiæ nostrę,⌊& iustificans eum q ex fide ẽ Iesu Chri⌋ Iohan.3
.i.quemcũq; in Christũ credentẽ,q in deo renatus & spũalis effectus ẽ virtute fidei non iustitia
legis. Ex pinductis ostendit aplus vanitatem iactãtiæ Iudæoꝝ. ⌊ Vbi est ergo gloriatio tua?⌋ Galat.6
o Iudęe.i.qm̃ deus proposuit Christũ propitiatorẽ per fidem ad ostensionẽ seu manifestatio- 1.Cor.10
nem suæ iustitiæ (secundũ intelligentiã præinductã) vbi iam est o Iudęe vana gloriatio tua,qua 1.Reg.4.
de iustitia legis præsumens,te gẽtibus præferebas,easq; spernebas,& sine lege tua eas nõ posse Osee.4.
B saluari putabas? ⌊ Exclusa⌋.i.ablata,⌊ est⌋ gloriatio ista. ⌊ Per quam legem?⌋ an per legem, Roma.5 Ephe.5
⌊ factorum?⌋.i.per legem Mosaicã? ⌊ Non⌋ vtiq;. Illa enim nõ saluauit per se,⌊ sed per legẽ
fidei⌋.i.per legem euãgelicã,quæ saluat per fidem sine operibus legis. Appellatur aũt lex Moysi,lex factoꝝ,præsertim q̃tum ad præcepta ceremonialia. Sic quippe erat iugũ grauissimum,
laboriosissimis atq; innumeris obseruantijs plenũ. De quo Petrus in persona fidelium Iudæoꝝ Acto.15
loquens testatur: Quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus. Secundũ Augustinũ aũt
lex Moysi dicitur factoꝝ,quia minando imperabat,sed gratiam faciendi non pręstabat. Lex
vero euangelica vocatur lex fidei, qm̃ opera mandat, & credendo gratiam faciendi acquirit.
⌊ Arbitramur enim⌋ nos apl̃i à spũ sancto instructi,⌊ hominẽ⌋ quemcũq; in Christum credentem,⌊ iustificari per fidem⌋ charitate formatã,⌊ sine operibus legis⌋ ceremonialibus ac iu Acto.1.
dicialibus. ❡ Triplicia nãq; erãt præcepta veteris testamenti,videlicet moralia,iudicialia,cere- Galat.5
monialia. Pręcepta autem ceremonialia,qm̃ figuratiua erant & pro statu illo solum accõmoda,
cessauerunt veritate veniente ac reserata.i.Chro passo ac prædicato. Iudicialia vero præcepta
sicut sine periculo in nouo testamento omittũtur (Dummodo à nullo Christiano prælato seu
principe authoritatem instituendi habente pręcipiantur) sic sine periculo obseruãtur, si à superiori instituantur,& Christianorum regimini congruant. Non enim solum figuralia extiterũt.
Præcepta aũt moralia,q̃ ordinãtur ad bonos mores,& de actibus virtutũ immediate donãtur
C non solum manent in nouo testamento,sed etiã per euangelica Christi consilia perficiuntur,& Matth.19
ad salutem requiruntur,iuxta illud: Si vis ingredi ad vitã,serua mandata. Deniq; hoiem iustificari sine operibus legis per fidem,declarat apostolus. ⌊ An Iudęoꝝ deus tantum?⌋.i.nunquid
Iudæoꝝ dũtaxat ẽ deus creator & salus,principium & finis? ⌊ Nonne & gentium?⌋ ipse crea- Apo.22 Acto.10
tor & deus est? ⌊ Imo & gentium⌋ Sicut ergo omnium deus ẽ,sic omnes vno modo iustificat, Roma.8
puta per fidem. Et sicut omnes processerunt ab ipso,sic omnes reducuntur & conuertuntur ad 1.Timot.2
ipsum,per vnum atq; eundem propitiatorem ac mediatorẽ dei & hominũ Iesum Chr̃m. Ideo
subditur,⌊ Quoniamquidem vnus ẽ deus qui iustificat circumcisionem⌋.i.Iudæos circũcisos,
⌊ ex fide⌋ saluatoris, hoc ẽ, per fidem de Christo,⌊&⌋ qui iustificat, ⌊ pputium⌋.i.incircũcisos gentiles,⌊ per fidem⌋ eandem. Eadem enĩ fides est fidelium noui ac veteris testamenti,
q̃uis tempora sint mutata,& fides sit modo magis explicita. Quod equidem illi credebant fu- 1.Cor.10
turum,nos credimus factum. Ipse quoq; habitus fidei (quæ ẽ virtus theologica) est vnus in spe- Iohan.14
cie in omnibus fidelibus,qui vnquam fuerunt,sunt & erunt, propter formalem vnitatẽ obiecti,q̃d est veritas prima,propter quod credimus omnibus quæ cadunt sub fide. Patet ergo q̃
id quod ait ex fide & per fidem,sit idem in re,q̃uis in ipso modo loquendi videatur distinctio.
Apostolus nãq; frequenter mutat propositiones,& modũ loquutionis in eodem sensu. Quoniam vero ex prædictis atq; similibus verbis imponebant Iudæi Paulo,q̃d esset legis destru-
ctor,propterea se excusans,adiecit. ⌊ Legem ergo⌋ Mosaicam, ⌊ destruimus per fidem?⌋ & Hebr.10
euangelium vt nobis imponitur? ⌊ Absit. Sed legem statuimus⌋.i.approbamus ac roboramus
pro statu ac tempore. Cũ ergo lex vetus fuerit via ac dispositio ordinata ad euãgelicam legẽ, Matth.5
non dicitur destrui sed impleri ac perfici euangelica lege superueniente: cessat tamen q̃tũ ad modum prioris obseruantiæ. Vnde Ambrosius dicit: Nõ destruitur lex,cum impleta secundũ spiritum,cessat secundum literam. Quia hic scilicet in nouo testamento gratia fidei est qua impletur lex,quæ sine fide esset infirma. Firmatur equidem lex, quoniam ceremonialia spiritualiter
implentur. Et quod minus in moralibus continebat,in euangelio additur. Et quod tunc pro- Hebr.11.

mittebatur futurum, fides aduenisse testatr Tollitur aũt litera occidens,& moralia literaliter ma D
1 Cor.13 Matth.5 nent ac perficiuntur. Propter quod ait saluator: Non veni soluere legem, sed adimplere.

¶Explanatio cap. quarti, videlicet: Quid ergo dicemus inuenisse Abrahã. Art. VII.

DEclarata insufficientia legis ad salutem per rationem, iam idem ostendit per exemplũ,& ait: ⌊Quid ergo dicemus⌋.i. si iuxta pinducta circũcisio & pputium, seu Iudæus & Gentilis cõiter atq; æqualiter iustificantur per fidem, quid tunc dicemus:
Gene.17 ⌊Inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnẽ?⌋.i. secundum carnis ori-
Philip.3 ginem, à q ego Paulus & cæteri Israelitæ secundũ carnalem propagationem descẽdimus. Vel, secundum carnem.i. ex operibus legis carnalibus.s. circumcisione,& sacrificijs? Q.d. Ad quid profuit ei obseruantia carnalium operum legis, videlicet, impletio ceremonialium pceptorũ? Quid aũt ad hoc responderi oporteat, ex sequentibus innotescit. Respondendũ est enim, q nõ fit perfecte & vere iustificatus ex operibus legis. ⌊Si enim Abraham ex operibus legis⌋ prædictis carnalibus, ⌊iustificatus est⌋ iustitia vera ac meritoria, ⌊habet gloriam⌋.i. veram beatitudinem pro mercede, ⌊sed non⌋ habet eam, ⌊apud deũ⌋ hoc est, à deo & coram eo, qm̃ propria virtute non gratia dei iustificatus esset. Et quia hoc cõsequens impossibile est, ergo & illud ex q infertur, videlicet qd Abraham iustificatus sit ex operibus legis. Vel sic & melius. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam.i. dignus est laude ac pmio pro sua iustitia, sed non apud deum, quia iustitia talis non fecit eum dignum vita ęterna. Ex parte em̃ operis operati, non erant pręfata opera legis meritoria, nec ipsa lex gratiam contulit, per quam iu E
Iohan.3 stificarentur obseruatores ipsius, sicut lex noua quæ gratiam confert propter sacramenta q includit, quæ sunt signa & causa gratiæ iustificantis. Operantur quippe quod significant, quod sa-
Gene.15 cramentis veteris testamenti nõ competit. Deinde probat authoritate scripturæ, q Abraham
Galat.3 iustificatus est per fidem non per opera legis. ⌊Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham
Gene.22. deo⌋ promittenti sibi per angelum propagationem innumerabilium filiorum instar stellarũ.
1. Mach.2 Et alibi: In semine tuo benedicentur omnes gentes, ⌊& reputatum ẽ illi ad iustitiam⌋ hoc est, merito fidei, huius iustificatus ẽ coram deo,& dignus effectus ẽ vita æterna, per actum interiorem fidei suæ, secundum quod actus ille etiam ex charitate imperatiue processit. ⌊Ei autem q
Esaiæ.4 operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non
Matth.20. operatur, credenti aũt in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratię dei.⌋ Hucusq; litera cohæret,& condependet, q difficultatibus plena est.

¶Porro secundum beatum Ambrosium, introducenda, continuanda,& exponenda ẽ ita. Iam
Matth.7. dixit Apostolus: Abraham non ex operibus, sed ex fide iustificatum. Ex q sequi videtur, fidem
Matth.19 sine operibus sufficere ad salutem, contra quod tamen dominus ait: Non omnis qui dicit mihi,
Iacobi.2. domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Et iterũ: Si
Roma.2 vis (inquit) ingredi ad vitam, serua mandata. Iacobus quoq; apostolus testatur: Quid proderit, si quis dicat fidem se habere, opera autem ipsa non habeat? Fides si non habet opera, mortua est in seipsa. Hinc etiam pauloante dixit apostolus: Non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur. ¶Hanc obiectionem soluit Apostolus, dicens: Ei aũt qui operatur.i. qui tempus & opportunitatem habet operãdi, merces non imputatur, id ẽ, pręmium non confertur, scd'm gra F
tiam fidei tantum.i. non gratis sine operibus pmium consequitur. (In tali enim fides sine ope-
Iacobi.2. ribus mortua ẽ) sed scd'm debitum operationis, ad quam ex diuino mandato tenetur, merces ei
Iohan.6. imputatur ac datur. Nam sine operibus saluari non põt. Quod si operari neglexerit, damnabi-
Acto.10 tur. Ei aũt qui non operatur.i. opportunitatẽ seu tempus & locũ operandi nõ habet, credenti
Esa.55 autẽ in eum, qui iustificat impiũ, hoc ẽ, in Chrm̃ qui peccatori gratis ignoscit, gratiamq; infun
Matth.10 dit, ante cuius infusionẽ peccator veniã promereri non põt de condigno, reputatur fides eius.i.
Ephe.2 actus fidei suę interior, sine opere exteriore ad iustitiam, ita q sufficit ei ad salutem, vt in latro-
Lucę.23 ne. Bona em̃ voluntas seu pręparatio animi ad opus reputatur ei pro opere secundũ propositũ gratiæ dei.i. secundum voluntatem miserationis diuinæ, vel secundum ordinẽ gratiæ dei nobis oblatæ, qui taliter voluit nos saluare, in q patet virtus ac sufficientia fidei. Per hoc vero qd
1. Timot.1. ait: Credenti in eum, certum ẽ Apostolum loqui de fide formata, quę per dilectionem fertur in
Galat.5. deum,& operatur si opportunitas adsit. Hæc expositio procedit de operibus ipsam fidem sequentibus, atq; ex ea nascentibus. Secundo exponitur de operibus præcedentibus fidem, con-
Roma.11. tra illos qui asserebant merito præcedentium operum legis, se gratiam fidei esse adeptos. Quo
Iohan.15. dato, gratia non reputabitur secundum viam & ordinem gratiæ, sed secundum debitum meriti pręcedentis. Quo concesso, gratia iam non erit gratia. Quoniam ergo hoc consequens impossibile ẽ, constat q gratiam fidei, seu ipsam fidẽ nullus meretur. Ait ergo: Ei autem qui operatur aliqua bona ante fidem merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, hoc ẽ, si præmium ei datur pro bonis quę fecit, hoc nõ erit gratis, sed ex debito meriti pcedentis, sicq; fidem pcedent merita, cum tamen fides sit om̃is meritorij actus principium, omniumq; virtutum fundamentũ. Ei aũt q nõ operatur opera legis ceremonialia atq; carnalia, vel

quæcũq;

quæcunq; alia ante fidē, ficut gentilis, credēti autē p fidē formatā in eum q iustificat impiū
A .i. in Chr̄m, reputat̄ fides ei⁹ ad iustitiā, scd̄m sensum p̄tactum, & hoc scd̄m ,ppositū grā Esa. 55
dei, i. scd̄m gratuitū, atq; benignū dei decretū, q ita decreuit vt onere legis ablato, hoies,
fide iustificent̄ ac saluent̄. Tertio exponit̄ scd̄m quosdā, q ex verbis Ap̄li talē rōnem in- Titum. 3
ducunt. Illud q̄d conceditur alicui, queadmodū merces operāti, nō cōcedit̄ ei per viā grā,
sed debiti, Iustitia vero de qua sermo est, cōcedit̄ per viā grā, ficut iam patuit, q Abrahā
iustificat⁹ est p fidē sine opibus legis, ergo iustitia hæc nō est ex opibus legis. Hæc aūt expo 1. Cor. 6
fitio irresoluta videt̄, & satis ambigua. Si n. em̄ rōne posset ōndi, q iustitia noui testamēti Gene. 28
nō esset ex opibus euāgelicę legis, q̄ tñ iustificāt, habitumq; iustitiæ inducūt, vel augēt si- Infra. 8
ue pficiunt etiā ex parte operis opati, virtute sacrorum Chr̄i. Posset em̄ sic argui: Quod cō Galat. 3
ceditur alicui, ficut merces operāti, nō cōceditur ei per viā grā, sed debiti: sed iustitia no
uæ legis cōceditur per viā grā. Quid em̄ habes q̄d nō accepisti? Nō ergo est ex operibus
nouæ legis. ¶ Deniq; charitas agēs & cæteræ virtutes per charitatē agētes, merent̄ grām
ampliorē in p̄nti, gloriāq; in futuro, & redditur eis merces ista. Nihilomin⁹ redditio hu- 1. Cor. 4
ius mercedis est secundū viā grā, & secundū viā debiti, secundū diuersos respectus. Cū Ephe. 4
em̄ prima infusio grā sit solum gratuita, oia bona q̄ per grām illā merent̄, gratuite p̄miā
B tur per cōparationē ad grām primā. Satisfeci forsan lectori in expositiōe p̄ntis loci, sed 1. Petri. 2
nō mihi ipsi, qa profunditatē verborum istorum intelligere nō valeo, neq; cōnexionē eorum cū
præcedētibus atq; sequētibus plene cōcipio. Cōsolatus tñ est me sermo, quem ex ore vi
ri doctissimi sacræ theologiæ professoris cōdigni, audiui, q dixit. In ep̄lis Pauli habet ele
phas vbi submergat̄, quāto magis pulex, vt sum ego? Vnde in fimilibus locis comedam
quātum possum, q̄d autem residuum fuerit, igne cōburā, sanctorum & catholicorum doctorum Exod. 12
expositionē sequens, & ea cōtentus. Nō em̄ quisq̄ mortaliū penetrare valet profunditatē
ep̄larum diui Pauli ap̄li. Præmissa autem probat ap̄lus authoritate Psalmistæ, subiungens:
⌊Sicut & Dauid dicit beatitudinē hoīs⌋ .i. illū esse btm̄, seu beatitudinē esse illius in via p
spem, & in patria per spēm, ⌊cui⌋ homini ⌊deus accepto⌋ .i. tēpore grā, de quo legi-
tur: Ecce nunc tp̄s acceptabile. Vel, accepto .i. acceptāter, gratis & pie, ⌊fert⌋ donat, & Esaiæ. 49
ingerit ⌊iustitiam⌋ hoc est, remissionē peccati, & grā virtutum infusionē ⌊sine opibus⌋ 1. Cor. 6
legalibus & humanis, quæ per se nequaq̄ sufficiunt ad grām promerendā. Nec em̄ pōt
pctōr per seip̄m resurgere, sed indiget præueniri ab eo, de quo legitur: Alleuat dn̄s om̄es Psal. 144
qui corrunt. Et iterum: Dn̄s erigit elisos. Nec obstat illud Augustini: Qui creauit te sine te, Psal. 145
nō iustificabit te sine te. Hoc em̄ ideo dicit̄, qa deus reqrit à nobis, vt faciamus q̄d in no- Philip. 3
bis est, disponendo nos ad grām eius. Deinde ponit verba Psalmistæ: ⌊Beati quorum re Matth. 3
missæ sunt iniqtates⌋ originales, actuales, seu personales in baptismo, in quo originale
C pct̄m deletur quātum ad reatum culpæ, qa quod ante baptismū erat culpa & pœna, post
baptismum tm̄ est pœna, quæ dicit̄ fomes peccati, quæ etiā in baptismo per grām sacra-
menti debilitatur, sed nō penitus tollitur. Pct̄m autem originale formal̄r vnum est, ma-
terialiter plura, rōne sui effectus. Quatuor em̄ vulnera imprimit animæ. Propter quod
ait Psalmista: Ecce em̄ in iniqtatibus cōceptus sum. Actualia vero pctā per cordis cō- Psal. 50
tritionem dimittuntur quātum ad culpā, ⌊& quorum tecta sunt pctā⌋ hoc ē, ab oculis dei
abscondita, ita q nō vlciscitur, nec imputat ea, sed auertit faciem suā ab eis, ac si nunq̄ fu Ibidem
issent. Ideo seqtur: ⌊Beatus vir, cui nō imputauit⌋ nec imputat ⌊dn̄s pct̄m⌋ sed prorsus Esa. 4.
ignoscit, sicut per Esaiā promisit: Delebo vt nubem iniqtates tuas, & quasi caliginē pec- Acto. 3
cata tua. Applicās autem Ap̄lus scripturā hāc ad propositum suum, adiecit: ⌊Beatitudo Esaiæ. 44
ergo hæc⌋ de qua loqtur Dauid: ⌊In circūcisione tm̄ manet⌋ .i. in solis Iudæis locum Psal. 31
habet, ⌊an etiā in p̄putio?⌋ .i. gētilib⁹ incircūcisis. Et hoc ideo q̄ro. ⌊Dicimus em̄, qa re-
putata est Abrahæ fides ad iustitiā⌋ sicut nunc ex Genesi allegatum est. ⌊Q̄uo ergo⌋ .i. Gene. 20
in quo statu ⌊reputata est⌋ Abrahæ fides ad iustitiā? ⌊In circumcisione⌋ hoc ē, pro sta
tu & tēpore circumcisiōis suæ, ⌊an in p̄putio?⌋ .i. tēpore circūcisionem suā p̄cedente. Et Gene. 17
rn̄det. ⌊Non in circumcisiōe, sed in p̄putio⌋ quod cōsequenter declarat. ⌊Et signum ac
cepit circumcisiōis⌋ .i. ip̄am circumcisionē accepit, deo iubēte, pro signo distinctiuo in-
ter ip̄m & posteros suos fideles, ac inter infideles, & etiā pro signo fidei suæ quā habuit
añ circūcisionē. Circūcisio qppe fuit quædā protestatio fidei: definiturq; sic: Circūcisio
est signū distinguēs Israel à Gētibus. Patet ergo q nō frustra circūcisionem accepit, q̄uis
per eā iustificatus nō sit ex parte operis operati, sed operis operātis, vz. fidei deuotionis
ac obedientiæ, per quæ abundātiorē iustificationē adeptus est, q̄ ante habuerat. Vnde do Gene. 17
minus loquebatur: Circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit signum fœderis mei in-
ter me & vos. Sic ergo accepit signum circumcisionis, quod est, ⌊signaculum⌋ .i. indici
um, ⌊iustitiæ fidei⌋ .i. quæ per fidē habet̄, ⌊quæ est in præputio⌋ .i. in Abrahā, vel cæte- Hebr. 11
ris gētilibus iustis, sicut in Iob tp̄e p̄putij. Nam Abrahā ante circūcisionē suā iustus fuit, Galat. 3
& cre-

Matth.3 & credidit deo, ficut iam dictũ eſt, ⌊vt ſit pater⌋ ſpũalis & imitatiõe cõdignus ⌊oĩm cre D
Pſal.104 dentiũ⌋ nõ Iudæorũ dũtaxat ⌊p præputiũ⌋.i.in ſtatu ꝑputij. Quia p fidẽ quã in ꝑputio
Eſaiæ.51 habuit, meruit ſpũalẽ paternitatẽ oĩm gẽtiũ. Vel oĩm credentiũ per ꝑputiũ.i.gẽtiliũ cum
Galat.3 ꝑputio ad fidẽ accedentiũ, ⌊vt reputetur & illis⌋ vꝫ filijs Abrahæ ⌊ad iuſtitiã⌋ fides, p
Iohan.8 quã ipm Abrahã aſſequunt, ficut & ei reputata ẽ. ⌊Et ſit⌋ Abrahã ⌊pr̃ circũciſiõis⌋ ſpũa
Hiere.4 lis, q̃ in vitiorũ eradicatiõe cõſiſtit.i.gẽtiliũ credẽtiũ, pr̃ (inquã) ꝑbẽdo exemplũ, nõ cõfe
rendo iuſtitiã, ⌊nõ his tantum⌋.i.nõ ſolum ad profectũ his, ⌊q ſunt ex circũciſiõe⌋ car
nali.i.Iudæis, ⌊ſed & his q ſectant veſtigia fidei⌋.i.vniuerſis fidelib⁹ imitãtib⁹ fidẽ, ⌊quę
eſt in ꝑputio pr̃is nr̃i Abrahæ⌋.i.q̃ erat in Abrahã, adhuc habẽte ꝑputiũ. Vel, q̃ eſt.i.cõſi
derat in eo nõdũ circũciſio. ¶ Inſup manifeſtat Apl̃s, q̃ Abrahã pr̃ ſit ſpũalis circũciſio
nis cũctis fidelib⁹ p hoc q̃d cõſecut⁹ eſt promiſſionẽ hęreditatis, nõ ex opibus, ſed merito
Gene.22 fidei, q̃ ad oẽs electos cõiter ptinet. ⌊Nõ em̃ p legẽ⌋ facta ẽ ⌊pmiſſio Abrahę aut ſemi-
Matth.1 ni ei⁹⌋ hoc ẽ, de multiplicatiõe ſeminis ſui. Vel, ſemini ei⁹.i.Chr̃o de ſemine Abrahę nã
Lucæ.3 to ſcd̃m naturã aſſumptã, ⌊vt hęres eẽt mũdi⌋.i.vt ipſe Abrahã p ſemẽ ſuũ, vel in ſemine
Hebræ.1 ſuo, hoc ẽ, p Chr̃m, poſſideret oẽs terminos terrę, oẽſq; pplos ſeculi. Dictũ em̃ eſt Abra
Pſal. 81 hæ: In ſemine tuo bñdicent oẽs trib⁹ terrę. Et iterũ: Dilataberis ad oriẽtẽ & occidẽtẽ &c.
Gene.22 Cũ em̃ facta ẽ Abrahę iſta pmiſſio, nõdũ erat lex data, quã cõſtat p Moyſen datã. Hæc
Galat.3 vero pmiſſio maxime adimpleta ẽ in Chr̃o filio Abrahę, q de ſeipſo teſtat: Data eſt mihi
Gene.28 oĩs ptãs in cœlo & in terra. Ad quẽ pr̃ in Pſalmo: Poſtula (inq̃t) à me & dabo tibi gentes
Iohã.1.7 hæreditatẽ tuã, & poſſeſſionẽ tuã terminos terrę, ⌊ſed p iuſtitiã fidei⌋.i.pcedẽte ex fide,
Matth.28 q̃ erat in Abrahã. Pro hac nãq; iuſtitia ſeu merito eius facta ẽ Abrahę ꝑinducta pmiſſio
Pſalm.2 ficut in Gen̄. legit: ⌊Si em̃ q ex lege⌋ hi tm̃ ⌊hęredes ſunt⌋.i.ſi ſoli Iudæi legẽ ſcriptã ha
Hebræ.11 bẽtes, hęreditatẽ ſeu grã̄m bñdictiõis Abrahę repromiſſam adipiſcunt, ⌊exinanita⌋ hoc
Hebræ.9 eſt, fruſtrata ⌊eſt fides⌋ Abrahę deo credẽtis, q ei ꝑdixit: In ſemine tuo bñdicent oẽs fa-
Gene.22 miliæ terræ, ⌊abolita⌋.i.euacuata atq; ablata ⌊eſt pmiſſio⌋ dei Abrahæ facta de hæredi
Ibidem tatiõe mũdi, & bñdictiõe oĩm gentiũ ſeculi. ¶ Pręterea, pmiſſionẽ ꝑfatã nõ eſſe ex lege,
ſed fide, oñdit Apl̃us ex legis impfectiõe. ⌊Lex em̃ iram operat⌋.i.pœnæ obnoxiũ facit
Hebr.10 legis trãſgreſſorẽ. Nã tpales pœnas determinat, & ꝑuaricatorẽ legis magis dãnabilem
4.Reg.22 reddit eo, q nunq̃ ſortitus eſt legẽ. Dat em̃ lex manifeſtiorem notitiã culpæ, q̃ erat ante,
ſicq; trãſgreſſorẽ efficit grauiorẽ. Propter q̃d in Euãgelio dr̃: Seruus q cognouit volun-
Iohan.15 tatem dñi ſui, & nõ fecit, plagis vapulabit multis. ⌊Vbi em̃ nõ eſt lex, nec ꝑuaricatio⌋ Si
Lucæ.12 acceperimus legẽ cõiter pro quacũq; lege, vꝫ naturali, ſcripta vel euãgelica, certũ eſt ſi-
Pſal.118. ne lege nõ eſſe ꝑuaricationẽ, cum ꝑuaricatio ſit trãſgreſſio legis. Si aũt ſumpſerimus legẽ
hoc loco, pro lege ſcripta, dicendũ erit, q̃ vbi nõ eſt lex, nõ eſt ꝑuaricatio adeo grauis.
Qm̃ lex occaſionalr̃ auget pctm̃, prouocat iram, nec tribuit grã̄m, ficut ex dictis clarius
Iohan.5 eluceſcit. ⌊Ideo ex fide⌋.i.merito fidei, nõ per opa legis hęredes effecti ſunt diuinę pro
miſſiõis oẽs q Abrahę fidem ſectati ſunt, ⌊vt ſecundũ grã̄m⌋ dei, nõ ſcd̃m iuſtitias legis.
2.Cor.12. ⌊firma ſit pmiſſio⌋ facta Abrahę, & ſemini eius. Firma (iquã) exiſtat atq; ſalubriter exhi
2.Cor.1. beat ⌊omĩ ſemini⌋.i.vniuerſis fidelib⁹. ⌊Nõ ei q ex lege eſt ſolũ⌋.i.nõ tm̃ Iudæis, carna
Matth.3 libus Abrahæ filijs, ⌊ſed & ei q ex fide eſt Abrahæ⌋.i.cũctis q̃q; gẽtilib⁹ Abrahę fidẽ ſeq̃n
tibus. Si em̃ iſta pmiſſio fundaret in lege q̃ occaſionalr̃ operat, & prouocat irã, nõ habe F
Eſaiæ.51 ret ſtabilitatẽ, qa lege trãſgreſſa retractaret. Nũc vero qa fundat in fide viri cõſtãtis, vꝫ
Abrahæ, magis tñ in gr̃a dei pmanet firma omĩ ſemini Abrahæ, ⌊q pater eſt⌋ ſpũalis ſeu
Gene.17 exemplaris inſtitutor ad fidẽ ⌊oĩm noſtrũ⌋.i.cunctorũ credentiũ, ⌊ficut ſcriptũ eſt⌋ in
Hiere.11 Geneſi, quãtum ad ſenſum. ⌊Quia patrẽ⌋ ſpũalem, vt dictũ eſt, ⌊multarũ gẽtiũ poſui⌋.i.
inſtitui ⌊te ante deum⌋.i.corã deo, vꝫ meipſo, ⌊cui credidiſti⌋ loquẽti tibi p angelũ in
perſona dei, ⌊q viuificat mortuos⌋ corpaliter, animas corpibus reuniẽdo, & ſpũaliter,
grã̄m pctõribus cõferẽdo. Vnde ſcriptũ eſt: Pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ⌊& vo-
Iohan.3. cat⌋ à nõ eſſe ad eſſe, ⌊ea q̃ nõ ſunt⌋.i.creãda, ⌊tanq̃ ea q̃ ſunt⌋.i.ficut exiſtẽtia vocant
Iohã.5 ad aliqd. Sic em̃ deo imperãte, dicẽte ſeu vocãte producunt multa ex nihilo.i.tã facile
Ephe.1. ac obediẽter, ac ſi ex præiacẽti aliq̃ fierẽt, atq; iam eẽnt. Vel ſic: Vocat, ad fidẽ & grã̄m,
ea q̃ nõ ſunt.i.gẽtiles, q corã deo quaſi nihil fuerũt, qa ſpũaliter mortui erãt, queadmo-
Eſa.40 dũ in Eſaia ſcribit: Oẽs gẽtes q̃ſi nõ ſint, ſic ſunt corã eo, & quaſi nihilũ & inane reputatæ
ſunt ei, tanq̃ ea q̃ ſunt.i.ficut vocauit Iudæos, q propter legẽ & grã̄m dei aliqd erãt, ſpũa
Gene.22 liter corã deo viuẽtes. ⌊Qui⌋ Abrahã ⌊cõtra ſpem⌋ naturę ⌊in ſpem⌋ gr̃æ ⌊credidit⌋
Gene.15 credẽs poſſe impleri p grã̄m, q̃d erat impoſſibile per naturã, vt. ſ. ipſe iam vetulus de in-
Eccl.40 fœcunda ac ſterili cõiuge ſua filiũ procrearet, ⌊vt fieret pater multarũ gentiũ⌋ eũ per fi
3.Regũ.4 dem ſequentiũ, ⌊ſecundum quod dictũ eſt ei⌋ à deo per angelũ. ⌊Sic erit ſemẽ tuũ, ficut
Hebr.11. ſtellæ cœli⌋ in multitudine, ⌊&⌋ ficut ⌊arena⌋ quę eſt in littore ⌊maris⌋.i.ꝑ multitu-
dine nũerari nõ poterit. Quãuis hoc aliq̃ mõ videat impletũ in carnali ſemie Abrahę, qa

& Moy

& Moyses filijs Israel aiebat: Estis hodie sicut stellæ cœli plurimi: verius tñ atq; pfectius Deuter.1
A in spũali semine eius.i.in gẽtiũ cõuersione, & fideliũ multiplicatiõe implet, pserum cum Deute.7
rursus Moyses dicat populo Iudæorũ. Te elegit dñs, non qa cũctas gẽt. s numero vince
batis, cũ sitis oĩbus populis pauciores. Vel hoc quod dr̃: Sicut stellæ cœli, refert ad bo- Dañ 12
nos, q stellis cõparant propter lumẽ grãe, decorẽ virtutũ, & qm̃ alios verbo & operatiõe
illustrãt, ipsamq; ecclesiã ornant, queadmodũ stellæ cœlum. Propter qd in alia epl'a ait
Aplus: Inter quos lucetis sicut luminaria mũdi. Quod vero adiũgitur: Et sicut arena ma Philip.2
ris referri pt ad malos terrenis rebus intẽtos. ⌊Et non⌋ est Abrahã, ⌊infirmatus in fide⌋ Hiere.5
ex cõsideratiõe naturalis impossibilitatis, ⌊nec considerauit⌋ cũ superflua immoratione Matth.7
seu finali sistentia, ⌊corpus suum⌋ iam ⌊emortuum⌋ à virtute generatiua, ⌊cũ iam fere
centũ eẽt annorũ, & emortuã vuluã Saræ⌋.i.ad actũ gñatiõis ineptã. Desierãt em̃ ei mu- Gene.21
liebria fieri, sine qbus naturalr̃ nõ fit cõceptio. ¶Videt his obuiare, q in Geñ. legit Abra Gene.25
ham post mortẽ Saræ Gethurã duxisse, atq; multos de ea filios genuisse, elapsis plus, q̃
triginta septẽ annis à tpe generatiõis seu promissiõis Isaac. Sara qppe decẽ annis iunior Gene.17
fuerat eo. Cum ergo ipa defuncta sit centũ trigintaseptẽ annis expletis, certũ est Abrahã
plus q̃ centũ trigintaseptẽ annorũ fuisse, qñ Gethurã sumpsit vxorẽ. Qũo ergo emortuũ
erat corpus eius cum cẽtenarius circiter fuit? Cõiter respõdetur, q emortuũ erat, quan-
B tum ad vetulam, nõ quantũ ad iuniorẽ, quæ facilius cõcipit anu, propter dispositionẽ vir Gene.15
tutis passiuæ. ⌊In repromissiõe etiã dei⌋ sibi facta de generatiõe Isaac, & innumerabili 17.22.
multitudine seminis sui, ⌊nõ hæsitauit diffidẽtia⌋ propter rei nouitatẽ, ⌊sed cõfortat⁹ Iacobi.1
est fide, dans gloriã deo⌋.i.deũ glorificãs atq; collaudãs tanq̃ oĩpotentẽ ac verũ, & ista
implere valentẽ, ⌊& plenissime sciẽs⌋ etiã per naturalẽ rõnem, ⌊qa quæcunq; promisit Galac.3
deus potẽs est & facere⌋ Alias esset in promittẽdo improuidus, & in exequẽdo infirm⁹ Sapiæ.12
⌊ideo & reputatũ est illi ad iustitiã⌋ q sic cõsortatus est in fide, nec hæsitauit diffidẽtia. 1.Mac.2
Quod aũt Abrahã aliquo modo cõsiderauit, corpus suũ & Saræ esse emortuũ, patet ex Geñ.17
eo qd dicebat: Putasne cẽtenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Verum (vt
dixi) nõ sistebat finalr̃ in cõsideratiõe hmõi, sed in cõsideratiõe virtutis diuinæ. Ex pdictis
aũt verbis dubitasse videtur. Respondet cõiter, q nõ dubitãdo, sed admirãdo hæc dixit.
Veruntñ videtur adhuc cõtrariari, quod per Esaiã dñs loqtur Israeli: Pater tuus prim⁹ Esa.43
peccauit. Quod nõ solum qdam præcipui Iudæorũ magistri, sed sanctus quoq; Hierony Gene.17
mus exponit de Abraham, q peccauit ex incredulitate ridendo atq; dicendo verba in-
ducta. Sed sicut in expositiõe Esaiæ, audens nõ eram quãtum ad hoc, sequi Hieronymũ,
ita nec modo, nec etiã nego. Apostolus em̃ apertissime cõtestatur, q non hæsitauit diffi-
dentia, & ideo reputatum sit ad iustitiam. Vnde verbum Esaiæ exponi pt de primo pa Gene.3
C rente, vz Adam, quẽ constat in paradiso peccasse. ⌊Non est autẽ scriptum tm̃ propter Roma.15
ipsum⌋ Abraham istud.s. ⌊qa reputatum est illi ad iustitiam⌋ quod tam firmiter credi-
dit, ⌊sed & propter nos⌋.i. ad nostram consolationẽ ac instructionẽ, vt imitemur fidẽ
ipsius, ⌊qbus reputabitur⌋ ad iustitiam imitatio fidei Abrahæ, ⌊credentibus in eum qui
suscitauit à mortuis Iesum Chr̃m dñm nostrum⌋.i.in deum patrem seu sanctam trinita
tem, vel quãcũq; diuinam personã. Cuilibet nãq; diuinæ personæ attribui potest suscita Iohan.10
tio actiua Chr̃i, imo ipse vt deus suscitauit seipsum, vt homo est. Et q credit in vnam di
uinam personã, credit in tres. ⌊Qui⌋ Christus ⌊traditus est propter delicta nostra⌋.i. Roma.8
morti expositus, vt mũdi peccata auferret. Traditus est autẽ à patre, iuxta illud: Proprio Esaiæ.53
filio suo nõ pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illum. Saltẽ permissiue tradidit qq; se- Matth.26
ipm, secundũ quod per prophetã dr̃: Tradidit in mortẽ animã suã. Sed & Iudas tradi- Matth.28
eum, ⌊& resurrexit propter iustificationẽ nostrã⌋ hoc est, vt virtute suæ resurrectionis Ibidem
grãm iustificantẽ nobis conferret, & suæ corporalis resurrectiõis exemplo nos ad spũa- Iohan.20
lem resurrectionẽ induceret, quatenus tandem etiam corporalr̃, feliciterq; resuscitemur Colo.3
ab ipso, quando reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratũ corpori claritatis suę. Philip.3
Resurrexit ergo ppter iustificationẽ nr̃am .i. vt iustificemur grãm recipiẽdo, & iuste vi Roma.6
uẽdo. Non tñ iustificatio nr̃a est tota ratio, finisq; totalis resurrectionis Chr̃i. Resurre- Coloss.3
xit nãq; propter proprij corporis glorificationẽ, & suę humanitatis reassociationẽ. quã- Hebr.9
tum ad partiũ eius redintegrationẽ. Deniq; resurrexit propter iustificationẽ nostrã, qa
ad hoc resurrexit, vt corpore resumpto appareat nunc vultui dei pro nobis, ostendens
pr̃i lat⁹ & vulnera, qten⁹ merito eius, grã impleamur diuina. Qũuis aũt sit tradit⁹ Chr̃us Philip.3
non solum propter delicta nostra, sed etiam propter iustificationem nostram. (Nam & 2.Petri.3
propter vtrunq; surrexit) traditio tamen seu passio attribuitur delicto, vt mors naturæ,
correspondeat morti culpæ, & resurrectio iustificationi, vt corporis glorificatio corre-
spondeat nouæ atq; cœlesti conuersationi.

¶Declaratio cap. V. videlicet. Iustificati ergo ex fide. Art.VIII.

Postq̃

Postq̄ Apl̄us abstulit cām atq; materiā discordiæ Romanoꝝ,iam eos inuitat ad
Ephe.2 veeā pacē,& ait:⌊Iustificati eego⌋.i.iusti à deo effecti ⌊ex fide⌋.i.p fidei foe- D
Galat.2 matæ ifusionē. Vel:Iustificati,.i. veeā iustitiā opati,ex fide,.i. p habitū fidei,vł in-
tus in aīa iustificati fine ope exteriori,ex fide.i.interioei fidei actu credēdo, vcȝ
Iacobi.4. ex charitate,& nō p opa legis,neq; p opa pcedētia fidē,⌊pacē habeamus ad deū⌋.i.deo
Matth.5 humilr subditi sim⁹,& nēam volūtatē diuinę oedinationi in oībus subīciamus, qeti atq;
Iob.22 tranqllī exīstētes in deo.Bti eñ pacifici,qm filij dei vocabunt.Hinc eñ loqtur sceiptura
Lucæ.2 Acqesce deo &habeto pacē,& p hoc habebis fruct⁹ optimos.Hęc ē spūalis diuina'q; pax,
Psal.118. de q̄ dixerūt angeli:Pax hoibus bonę volūtatis.Et Dauid:Pax multa diligētib⁹ legē tuā,
Esaiæ.48 q̄ nō cōpetit impijs,iuxta illud Esaię:Nō est pax impijs dicit dñs.⌊Per Iesum Chr̄m dñm
1.Timot.2 nr̄m⌋ qa p eū seu merito eius pacē istā cōseqmur.Oīa nāq; diuinaꝝ grāꝝ charismata p
Chr̄m,secundū quod mediatoe est dei & hoim,præstātur hoībus. Ideo subditur:⌊Per
quem⌋ tanq̄ per mediatorē,& causam meritoeiā ⌊accessum⌋ hoc ē,ingressum, ⌊habe
Hebr.11 mus p fidē⌋ tanq̄ p fundamētum totius spūalis ædificij.Accedentē nēpe ad deū oportet
credere ⌊in grām istā⌋.i.ad dona & munera spūs sancti,vcȝ ad,alias pfectiōes seu bene-
ficia dei, ⌊in qua⌋ gēa ⌊stamus⌋ mēte ad diuina erecta atq; cœlestia diligēte,nō in ter-
renis iacēte,vilibusq; immersa.Primo eñ deus cū fidē infundit,donat simul tpe alias vir
tutes ac dona spūs sancti.Fides tñ præcedit secundū viam generatiōis,& ordine naturę,
cum sit fundamētum virtutū.Et ita per fidē, accessum habemus ad alia bona. Fide autē
infusa,per eādem accedimus ad deum,vt grām amplioeem meeeamur, quatenus peofi E
Psal.83 ciscamur de virtute in virtutē,.i.de bono in melius peoficiēdo quotidie,⌊& gloriamue⌋
Sapię.8 spūali lætitia ⌊in spe gloeiæ⌋.i.in certa expectatiōe felicitatis æternæ quæ ē gloria ⌊filio
rum dei⌋.i.oim beatoꝝ deo fruentiū,q deo pfectissime similant. De qbus scriptū est in
Iob.38. Iob:Vbi eeas cū me laudarēt astra matutina,& iubilarēt oēs filij dei? Et in Psalmo:Qm̄
Psal.88 qs in nubibus æquabit dño,silis eeit dño in filijs dei? Possunt tñ per filios dei intelligi oēs
Roma.8 electi ad vitam æteenā prædrdinati. Et certe, hoc merito esse debet nobis indeficiēs cō
Iohan.1 gloeiādi,q: spem habemus acqrendi beatitudinē sempiternā.Vnde nihil Chr̄iano felici-
Psalm.29 us,cui promittunt regna cœloꝝ.⌊Non solum aūt⌋ gloriamue in spe gloeiæ credētes vi
dere bona dñi in terra viuētium,⌊sed & gloriamur in tribulatiōibus⌋.i.in aduersis,in p-
Iaco.1 secutiōibus,tentatiōibus,ac ægeotatiōibus,quēadmodū per Iacobū inducit: Oīe gaudi
Matth.5 um existimate frēs,cū in diueesas tētatiōes incideritis.Et Saluatoe:Gaudete(inqt)& ex-
Lucæ.6 ultate in illa hora,qm̄ merces vr̄a copiosa ē in cœlo.Debemus eñ gaudere de hoc q̄d su
mus in via pueniēdi ad deū.Sed hęc ē via salutis,multiplr̄ tribulari. Per multas qppe tri
Acto.14 bulatiōes oportet nos intraee in eegnum cœloꝝ.Et meeito in tribulatiōibus gloeiamur,
⌊sciētes q̄d tribulatio patiētiā opeeat⌋ hoc ē,actū patiētiæ efficit in aīa,.s.suffeeētiā,tanq̄
Iaco.1 obiectū mediatū virtutis quæ patiētia nominat. Si eñ nō esset tribulatio, nec patientia.
Habitū quoq; patiētiæ firmat in aīa.Patiētia qppe cum sit virtus moralis immediate ver
satue circa passionē animæ,puta tristitiā,quā oedinat.Deinde eespicit actū,vcȝ ipsam ad-
uersitatis tolerantiā, quā accidētee & occasionalr̄ inducit,seu efficit tribulatio.Feequens
nāq; tribulatio cōfert animæ cōsuetudinē, patientiā exeecēdi, & ita sit anima in virtute
patiētiæ incōcussa atq; imobilis,ita vt dulce sit ei,tribulationē pro dei amore,& propeio
rum peccatoꝝ purgatiōe sufferre,⌊patientiā autem⌋.i. aduersitatē æquanimis toleeātia
opeeat,⌊probationē⌋.i.boni assuefactionē seu probā exercitationē,vł vitioꝝ expurga
tionē,etiā quoad pœnæ ablationē.Sicut eñ interior dolor siue cōteitio aufert culpā, sic
aduersitatis ppessio pœnā,⌊probatio vero⌋ opat vel efficit,⌊spem⌋.i.actū spei,vcȝ cer-
tā & actualē expectationē felicitatis futuræ.Qui eñ ita peobatus ē, fiducialr̄ pstolāt vitā
Matth.5 æternā,iuxta illud Saluatoris:Beati q psecutionē patiunt proptee iustitiā,qm̄ ipsoꝝ ē re
Sapiæ.3 gnū cœloꝝ.Et illud Sapiētis:Tanq̄ auꝝ in fornace pbauit electos dñs, & in tpe erit ee-
spectus eoꝝ.¶Porro habitus spei,q̄ est virt⁹ theologica,à solo deo p creationē infundit
sed act⁹ ei⁹ procedit partim ex meritis.⌊Spes aūt nō cōfundit⌋.i.sperātē nō fallit,nec bo
Eccl.2 no sperato defraudat,sicq; erubescētiā tollit. Vñ ait scripteea:Nullus speeauit in dño,&
Psalm.24 cōfusus ē.Et Psalmista: Eteñ vniuersi q sustinēt te,nō cōfundent. Per Esaiā quoq; dñs
Esaiæ.49 loqtur:Ego dñs supee quo nō cōfundent oēs q expectāt eū.Oportet aūt firmiter inuio
labiliter'q; speeaee,vt dicamus cū scō Iob:Etiā si occiderit me,in ipso speeabo. Q̄d autē
Iob.13 spes nō cōfundat,sed impleat,patet p hoc,⌊qa charitas dei⌋ quæ est virtus theologica
supnaturalis,summa ac diuinissima,q̄ deū proximū'q; diligimus, mādata implem⁹,vnū
Iohan.15 cum deo efficimur,& quicqd petierimus,obtinemus,⌊diffusa⌋.i.late ac liberaliter fusa
⌊est in coedibus nostris⌋ pseetim in voluntate,quæ est charitatis subiectū, ⌊p spm̄ san-
2.Cor.1.5 ctum⌋.i.à spū sancto,cui appeopriat bonitas,liberalitas,clemētia,cōicatio,& per conse
Roma.8 quens charitatis infusio,⌊q datus est nobis⌋ à pr̄e & filio,imo & à seipso,tanq̄ pignus, &
arra se-

arra felicitatis æternæ. Ipse eñ spũs sanctus est dator ac donũ, ꝓceditq̃ à patre ac filio ꝑ
A modũ donabilis, qm̃ ipse est charitas seu amor patris & filij. Amor aũt ẽ primũ donũ gra Ephe. 1.
tuitũ, in q̃ oia dona donant. Itaq; spũs sanctus datur electis, nõ solũ in suo dono, sed etiã
in seipso, q̃a per charitatẽ habet, & est in nobis, nouo, specialiq; modo. Propter q̃d ait sal
uator: Ego rogabo patrẽ & aliũ paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ, spũs Iohan. 14
veritatis. Et in actis aplo͡r legit, ꝙ ꝑ impositionẽ manus aplo͡r dabat spũs sanctus. V n-
de secundũ beatũ Thomã in prima parte, & sup primũ sniarũ, ꝑsona diuina dicit esse ali- Acto 8.
cuius dupliciter. Primo, rõne originis, & ita est eius à q̃ procedit. Sicq; filius & spũs sctũs
sunt patris, & spũs sanctus est filij. Scdo, rõne fruitiõis seu cõionis, & sic est eius à q̃ habet
.i. intellectualis creaturæ, q̃ libere frui p̃t ꝑsona diuina. Sic ergo spũs sanctus datus est no-
bis, & est nr̃. ¶ Deinceps Aplus tãgit nr̃æ iustificatiõis motiuũ, prosequit q̃q; nr̃æ reconci
liationis modũ, & ait. ⌊Vt q̃d eñ⌋.i. propter q̃d aliud, nisi vt spũs sanctus nobis donet, Psalm. 6
charitas dei in cordibus nr̃is diffundat, & spes impleat? ⌊Chr̃s, cũ adhuc infirmi⌋.i. vul- 1. Cor. 15
neribus aiæ sauciati, pœnis & culpis astricti ⌊essemus scd̃m tẽpus⌋.i. anteq̃ ab eo liberare 1. Petri. 3.
mur ac purgaremur, ⌊pro impijs⌋.i. pro nobis iniustis & miseris ⌊mortuus est?⌋ Vel il-
lud, scd̃m tẽpus, refert ad id q̃d seqtur, mortuus est, vt sit sensus, Mortuus ẽ, secundũ tp̃s
.i. ꝑ triduũ sepulturæ, tanq̃ dicat, Hoc magnũ est valde atq; mirabile, ꝙ Chr̃s pro nobis Danie. 9
infirmis ac impijs mori dignatus est, cũ ipse sit virtus dei & sanctus sancto͡r. Causam ve- 1. Cor. 1
ro cur istud ita mirabile sit, subdit. ⌊Vix eñ⌋.i. raro & difficulter ⌊ꝓ iusto⌋ à morte eru Esaiæ. 57
endo, ⌊q̃s morit⌋ Pauci eñ sunt q̃ amore seu vice iusti mori dignaretur. Et merito dixi,
vix, & nõ absolute nequaq̃ vel nõ, ⌊nã pro bono⌋.i. pro hoie iusto ⌊forsitan q̃s audeat
mori⌋.i. cõtingere p̃t (raro tñ) vt q̃s pro iusto mori cõsentiat, sed vt q̃s pro impio mori
B velit, nõ inuenit, aut certe rarissime. Ambrosius (inter iustũ & bonũ distinguens, vt iustus
dicat, q̃ in virtutibus exercitatus ẽ, & in obseruatiõe iustitiæ strenuus atq; seuerus, bonus
vero dicat hõ simplex & innocẽs, nõdũ sic exercitatus) ita exponit, Vix eñ ꝓ iusto, sic ac
cepto, q̃s morit. Nã q̃uis melior eo, q̃ hoc mõ bonus vocat, qm̃ tñ nõ sine rigore & seue-
ritate se habet, cã eius minus miserabilis, seu miseratiõe minus cõdigna iudicat. Et veraci
ter dixi, pro iusto quẽpiã vix velle mori. Nã pro bono .i. pro pio, innocẽte & simplici for
sitan q̃s audeat mori, eo ꝙ cã eius miserabilior reputetur tanq̃ q̃ nullũ offendit. Cũ ergo
hoc raro inueniat, certũ est ꝙ vix aliq̃s ꝓ iusto mori acquiescat. Cũ igitur Chr̃s ꝓ impijs EPIST.
mori dignatus sit, recte subiũgitur. ⌊Cõmẽdat aũt⌋.i. cõmẽdabilẽ siue laudabilẽ ostẽdit.
⌊deus⌋ pr̃ vel trinitas, ⌊charitatẽ suã in nobis⌋.i. quã habet ad nos, & q̃ diligit nos ꝑ effe
ctũ suæ eximiæ pietatis, ⌊qm̃ cũ adhuc pctõres essem⁹⌋.i. iugo vitio͡r subiecti, & vinculis Iohan. 3
pctõ͡r irretiti, nec ab originali pctõ redẽpti ⌊scd̃m tp̃s⌋ Chr̃i passionem p̃cedẽs.i. anteq̃ 1. Iohan. 4
Chr̃s mortuus fuit ꝓ nobis. Loqtur eñ aplus in ꝑsona gñis hũani, cuius multa indiuidua
tẽpus passiõis Chr̃i p̃cesserũt, & tunc erãt, in q̃͡r persona hoc dicit aplus. Vel, secundũ tẽ
pus.i. triduo sepulturæ, ⌊Chr̃s pro nobis mortuus est⌋.i. mori dignatus, vt mortificati 2. Cor. 5
carne, viuificatiq; spũ seruiamus illi in sanctitate atq; iustitia. In q̃ refulget inæstimabilis 1. Pet. 3
charitas dei patris ad nos, iuxta illud Iohãnis: Sic deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnige- Lucæ 1
C nitũ daret. Et aplus: Propter nimiã (inqt) charitatẽ suã, q̃ dilexit nos, deus pr̃ filiũ suũ mi Iohan. 3
sit. ⌊Multo igitur magis iustificati nũc in sanguine ipsius⌋.i. q̃a Chr̃s pro nobis mortuus Ephe. 2
est, cũ adhuc iniqui eramus, infirmi & pctõres, multo amplius nũc facta nr̃a recõciliatiõe 2. Cor. 5
ac liberatiõe iustificati.i. à vitijs expurgati, grãmq; adepti ꝑ effusionẽ sanguinis Chr̃i ⌊sal
ui erimus ab ira⌋.i. à dãnatione æterna, ⌊per ip̃m⌋ videlicet Chr̃m, seu merito eius. Am
plius eñ est impiũ iustificare, q̃ iustificatũ à pœna eruere. ⌊Si (pro q̃a) eñ cũ inimici esse- Ephe. 2
mus⌋.i. deo ꝓpter iniquitatẽ odibiles, rebelles, & natura filij irę, etiã ꝓpter pct̃m origina
le ⌊recõciliati sumus deo⌋.i. ad eius amicitiã reuocati, deleta videlicet cã inimicitiæ, pu-
ta pctõ, ⌊ꝑ mortẽ filij eius, multo magis recõciliati (iã) salui erimus⌋ nõ solũ ab ira p̃dicta
sed etiã cõsequẽdo vitã æternã ⌊in vita ipsius⌋.i. ꝑ gloriosam vitã Chr̃i, seu virtute Chr̃i
glorificati. Si eñ potuit ꝑ suã mortẽ nos iustificare, certissimũ est, ꝙ iã viuẽs possit nos be
atificare, p̃sertim cũ vnũ ordinet ad aliud. s. iustificatio ad beatificationẽ. ¶ Quęri p̃t, cum
dei dilectio sit inuariabilis & ęterna, q̃uo dicimur deo recõciliari, & q̃uo eram⁹ eius inimi Deute. 4
ci, & postmodũ facti sumus amici? Et r̃ndendũ, ꝙ deus oẽs electos añ mũdi cõstitutionẽ
dilexit, eosq; immutabilr̃ diligit secundũ rationẽ p̃destinatiõis diuinæ, nõ autẽ secũdum Colo. 2
rõnẽ p̃sentis iustitiæ. Dicimur ergo deo recõciliari ꝑ Chr̃m, inquãtũ ꝑ eius passionẽ abla-
ta nobis ẽ culpa, per quã displicuimus deo, scd̃m rationẽ & ordinẽ suæ iustitiæ ad nos cõ
paratæ. Vel r̃ndendũ, ꝙ deus inuariabilr̃ diligit electos ꝑ respectũ ad bonũ gr̃æ & glorię Psal. 5
q̃d eis dare disposuit. Odit autẽ eos q̃tũ ad culpã, iuxta illud: Odisti oẽs qui operant ini-
quitatẽ. Et ita dicunt ei recõciliari, cum culpa aufert, & pœna finitur. V nde Sapiẽs dicit: Sapiæ. 11.
Diligis dñe oia q̃ fecisti, & nihil odisti eo͡r q̃ fecisti. Idẽ ipse ait & alibi quoq;: Odio sunt Sapiæ. 14
deo impius & impietas eius. Hæc eñ atq; similia nullã mutationẽ ponunt in deo, sed in

creatura,q̃ ad creatorē aliter & aliter ſe habet.⌊Nō ſolū aūt⌋hoc modo ſalui erimus in D
futuro,⌊ſed & gloriamur in deo⌋.i.nunc q̄q; in p̄ſenti exilio exultamus per ſpem in deo
.i.in cōtēplatiōe ac dilectiōe ipſius,gaudētes de hoc,ꝙ tādē aliqñ videre eū ſperamus p̱
Iohan.14 ſpēm.Et ita futurā iucūditatem,& gloriā in p̄ſenti peregrinatiōe q̄dāmodo inchoamus.
Gloriamur aūt in deo,⌊p dñm nr̄m Ieſum Chr̄m⌋q eſt nobis via & oſtiū accedendi ad
deū,cuius etiā merito datur nobis gloriatio iſta,& ex cōſideratiōe paſſionis ſuæ & alioꝝ
bñficioꝝ ſperamus & exultamus in deo,q tāta nobis p Chriſtū largitus eſt,⌊p quē nunc
(.i.tp̄e gratiæ)recōciliationē(cū deo)accepim⁹.Propterea ſicut p vnū hominē⌋.ſ.Adā
Gene.3. primū noſtrū parētē,⌊pc̄tm̄(originale)in hūc mundū⌋.i.hoīes in mūdo hoc habitātes,
⌊intrauit & p pc̄tm̄ mors⌋corporalis,q̃ cōſequuta eſt culpā.Quāuis em̄ mors ſit natura
lis homini,cōſiderādo naturā corporis ſui ex cōtrarijs cōpoſitā,tñ ſi nō peccaſſet,mortē
nō incurriſſet ex dono gratiæ ſeu virtute originalis iuſtitiæ.Et ſic cōſiderādo ſupernatu-
ralē inſtitutionē hoīs,mors culpā ſequuta eſt,nō naturā,⌊& ita in oēs hoīes mors per-
trāſiit.⌋Sicut em̄ oēs nati ſunt ſine originali iuſtitia,ſic etiā immortalitate,iuſtitiā illā cō
comitante, priuātur,⌊in q̄⌋vno hoīe.ſ.Adā⌊oēs peccauerunt⌋nō actualiter,ſed virtua
liter,originale pc̄tm̄ incurrēdo,q̄d eis imputat̄ in culpā,inquantū aliq̄ modo erāt in pri-
mo parēte,& idē cū ipſo.Erāt aūt in ipſo ſicut in primo principio gñationis humanę.Et
ſicut multa mēbra ſunt in vno corpore,& multa indiuidua in vna ſpecie,ſic q̄dammodo
oēs eramus in primo parēte ſecundū corpulentā ſubſtātiā,ſeu materialē propagationē.
Porro originalis iuſtitia ſic data erat primo parēti,vt transfunderetur in poſteros.Ideo E
primo parēte hac iuſtitia deſtituto,poſteri eius iuſte priuantur eadē,nec tñ fit eis iniuria,
qa nec primo parēti,nec eis iſta iuſtitia naturaliter debebat̄,aut cōpetebat,ſed nec beatifi
ca viſio dei,qua merebātur priuari,propter huius iuſtitiæ priuationē.Ab eo aūt q̄d dicit̄,
In q̄ oēs peccauerunt,excipiēdus eſt Chr̄s homo,q nō naturali ordine,aut p cōcupiſcē-
tiā genitus eſt.Merito aūt dixi oēs peccaſſe in vno.⌊Vſq; ad legē em̄⌋.i.vſq; ad datio-
nē legis Moſaicæ ſcilicet,à principio mundi,qñ nō erat niſi lex naturalis,⌊pc̄tm̄ erat in
Hebræ.10 mundo⌋in gñe humano,tā originale q̃ actuale.Vel,vſq; ad legē ſcriptā incluſiue,pc̄tm̄
Actoꝝ.13 erat in mundo,qa lex Moſi pc̄tm̄ auferre non potuit,ſicut lex gratiæ,propter q̄d aiebat
Apl̄us ad Iudæos:Per Ieſum remiſſio peccatoꝝ annuntiat̄ vobis ab oībus,à qbus nō po
tuiſtis in lege Moſi iuſtificari.⌊Peccatū aūt nō imputabat̄,cū lex nō eſſet.⌋Hæc Auguſti
nus & alij ita exponunt,Peccatū q̄dcunq; nō imputabat̄.i.ignorabat̄,nec pc̄tm̄ eſſe repu
tabatur ab hoībus excæcatis,in qbus ratio naturalis fuerat vitijs obfuſcata, imputabat̄ tñ
à deo.Videtur aūt poſſe exponi hoc modo,ꝙ pc̄tm̄ nō imputabat̄ à deo hoībus,non ꝙ
penitus nō imputabat̄,ſed qa nō imputabatur tā grauiter cū lex ſcripta nō eſſet.Erat em̄
Roma.4 tunc magis excuſabile,q̃ poſt legiſlationē,iuxta quē ſenſum in p̄cedenti cap.dixit Apl̄us:
Vbi nō eſt lex,nec p̄uaricatio.⌊Sed regnauit(.i.p̄ualuit)mors⌋corporalis,vel mors cul
pæ originalis,q̃ eſt ipſa carētia originalis iuſtitiæ debitæ in eſſe.Vel, mors lymbi inferna
lis,q̃ dici pōt dilatio vitæ beatæ,atq; detētio in lacu gehēnæ,⌊ab Adā vſq; ad Moſen⌋in
cluſiue,videlicet quouſq; Chr̄s aduenit.i.tā tp̄e legis naturalis,q̃ Moſaicæ,⌊etiā in eos q
nō peccauerūt⌋pc̄tō actuali,ſeu ꝓpria volūtate,vt ſunt paruuli añ annos diſcretiōis de- F
functi.Vel,in eos q nō peccauerūt mortaliter,ſi q tales fuerunt,vt ſanctificati in vtero.ſ.
Hiere.1. Hieremias &c.Oēs em̄ hi propter reatū originalis peccati mortē corporalē p̱tulerūt,at-
q; in lymbo tenebātur,donec pro ipſis Chr̄s ſatisfecit,liberando eos ab originalis culpæ
reatu.Magis vero regnauit mors añ Moſen q̃ poſt.Per legē em̄ Moſi multi retrahebant̄
2.Timo.1 à morte culpæ,cœperuntq; cognoſcere vitā poſt hanc vitā,& reſurrectionem futurā,&
Hebræo.2 ita mortē tēporalē min⁹ q̃ ante timebāt.¶Porro,ſaluator regnū mortis deſtruxit,& ſuę
paſſiōis exēplo nos contra mortis timorē armauit,ipſamq; mortē tēporalē,æternæ vitæ
Oſee.13 cōſtituit ianuā,ꝓpter q̄d ait p prophetā:De manu mortis liberabo eos,de morte redimā
Hebr.2. eos.Ero mors tua o mors,morſus tuus ero inferne.Et apl̄us:Vt p mortē liberaret eos,q
p totā vitā timore mortis erāt obnoxij ſeruituti.Sic ergo regnauit mors in eos q nō pec
cauerūt⌊in ſimilitudinē p̄uaricatiōis Adæ⌋.i.ꝓpter aſſimilationē originalis culpæ,q̃ ſi-
Matth.20. miles Adæ fuerūt.Quę vtiq; originalis culpa erat in Adā p̄uaricatio actualis,⌊q(.ſ.Adā)
Marci.10 eſt forma futuri⌋.i.figura Chr̄i,q tp̄e Adæ erat vēturus vt iudicaret̄ in mūdo,nūc vero
Iohan.5 vēturus eſt vt iudicet mūdū.Dicitur aūt Adā figura Chriſti,qm̄ ſicut Adā eſt principium
Gene.2. oīm hoīm q̃tū ad propagationē ac eē naturæ,ſic Chr̄s q̃tū ad infuſionē gratiæ ſeu eſſe
Gene.1 ſpūale.Secundo,qm̄ ſicut Adā formatus eſt de limo terræ ſupnaturali virtute ac ordine,
Lucæ.1. ſic Chr̄s natus eſt de virgine ſpūs ſancti obumbratione.Item,ſicut de latere Adæ dor-
Gene.2 miētis ſublata eſt coſta,vnde formata eſt Eua,ita de latere Chr̄i moriētis fluxerūt ſacra-
Iohā.19. mēta qbus format̄ eccleſia.Sed hæc cauſa ad primā reducit̄.¶Poſt hæc oſtēdit ꝙ Chr̄s
Sapię.7 potētior erat ad ſaluādū,q̃ pc̄tm̄ Adæ,ſeu Adā ad perdēdū.⌊Sed nō ſicut delictū⌋Adæ
ſe habuit,⌊ita & donū⌋.i.gratia Chr̄i ſe habet,ſed excellit,Sapientia nāq; vicit malitiā.

⌊Si

⌊Si em̃ in vnius delicto⌋ .i. in originali Adæ pctõ ⌊multi mortui sunt⌋ vitã grẽ amitten
A do & necessitatẽ moriẽdi incurrẽdo. Hi. s. in q̃s trãsfusum ẽ originale pctm̃, ⌊multo ma-
gis gr̃a dei & donũ⌋ spũs sc̃ti ⌊in gr̃a⌋ .i. p singularẽ ac summã grãm, virtutũ pfectionẽ, Iohã.1.
ac meritũ ⌊vnius hois Iesu Chr̃i⌋ q est de' & hõ, ⌊in plures⌋ .i. i multos ⌊abũdauit,⌋ nõ
in plures numero. Peccatũ em̃ Adæ in oẽs trãsiit (Per hoc nõ oportet includi virginẽ ma 1.Cor. 15
trẽ) sed gratia dei p Christũ transit in oẽs electos. Erat aũt in Chr̃o gratia vnionis, q̃ nõ Ephe. 5
est q̃d creatũ, sed deus gratiose, siue gratuite vniens sibi in vnitate psonali humanã natu Iohan. 1.
rã Chr̃i. Estq; in eo gratia capitis, p quã influit oĩbus suis mẽbris, seu cũctis fidelibus, qa
de plenitudine eius accepimus oẽs. Et ita gratia dei nobis p grãm Christi infundit, & ab 1.Timo. 2
undat in multis. Gratia th̃ immediate à deo creatur, sed Chr̃s p suæ gratiæ plenitudinem
est causa meritoria, & mediator p quẽ deus grãm nobis largit. ⌊Et nõ sicut p vnũ pctm̃,
ita & donũ⌋ .i. nõ sic factũ est p donũ gratiæ Chr̃i, queẽadmodũ factũ est p vnũ originale
pctm̃ Adæ, sed dispar est effectus peccati Adæ, & gr̃æ Christi. ⌊Nã iudiciũ⌋ quidẽ .i. sñia
dei pcessit ⌊ex vno⌋ pctõ originali Adæ, ⌊in cõdẽnationẽ⌋ eoꝵ, in q̃s illud pctm̃ trans-
funditur. s. vt diuina visione priuent propter illud pctm̃, nisi eis aliter succurrat, ⌊gratia
aũt⌋ Christi procedit ⌊ex multis delictis in iustificationẽ⌋ .i. non solũ vnũ ac originale, Esaiæ. 26
sed oĩa etiã actualia pctã delẽdo iustificat, formalr ponẽs animã in esse spũali ac merito-
rio, ita vt impleat vniuersis virtutibus & donis spũs sancti. Peccatũ ergo Adæ non inficit
alios, nisi vno pctõ directe & immediate, videlicet originali. Donũ vero gratiæ Christi
Baruch.3 finẽ cõstituit, & ad talis finis adeptionẽ opa sua caute disponit. Hæc prudẽtia, nõ est ve-
Lucæ.16 ra prudẽtia, sʒ appellat̃ prudẽtia ,ppter apparentẽ sĩlitudinẽ, quã habet cum vera prudẽ
Iaco.3 tia. Vñ ait Saluator: Filij hui⁹ seculi prudẽtiores filijs lucis in generatiõe sua sunt. Et Iaco
bus: Nõ ẽ ista sapiã (.i. prudẽtia) à deo sed terrena, aĩalis & diabolica, ⌊prudẽtia ãt spũs⌋
hoc ẽ, vera ac spũalis prudẽtia q̃ opa hoĩs cõueniẽter disponit in ordine ad vltimũ finẽ,
est ⌊vita & pax⌋ .i. cã vitæ & pacis, in pñti inchoatiue, in futuro pfecte. Nũc eñ efficit
in nobis vitã pacemq́ grãæ, in pr̃ia vero meret̃ (vel poti⁹ adipiscit̃) pacẽ & vitã glr̃æ. Nõ
Iacobi.3 distinguit apl̃s iã iter prudẽtiã & sapiam. Proprie eñ ad sapiam spectat spũalia sape. De
hac ergo spũali prudẽtia, intelligendũ est illud Iaco. Quæ desursum est sapia, primũ qdẽ
Psal.118 pudica est, deĩde pacifica, modesta, suasibilis, bonis cõsentiẽs. Sciẽdũ q̃q q̃d pax directe
ac proprie, est charitatis effectus, iuxta illud in Psalmo: Pax multa diligentibus legem
tuã. Est etiã pax effectus iustitiæ, tanq̃ remouẽtis impedimẽta pacis. Propter q̃d p Esaiã
Esaiæ.32 dr̃: Erit opus iustitiæ pax. Nunc vero dr̃ pax esse effect⁹ prudẽtiæ, tanq̃ dirigentis affect⁹
Lucæ.1 nr̃os in viã pacis, ⌊qm̃ sapia carnis inimica est deo⌋ .i. diuinæ voluntati atq; sapiæ veræ
cõtraria. Ecce nunc loco prudẽtiæ ponit sapiam. Ex q̃ certũ est, q inter sapiam & prudẽ
tiã nõ distinguit, ⌊legi eñ dei nõ ẽ subiecta⌋ Sapia ista carnalis mũdana ac vana, q̃a nec
Luc.10 credit, nec agit, q̃ lex diuina tradit esse credẽda siue agẽda. Propter q̃d ait Saluator: Cõfi
teor tibi pater, q̃a abscõdisti hæc à sapiẽtib⁹ & prudẽtib⁹, & reuelasti ea paruulis. Et Hie
Hier.4 remias: Sapiẽtes sunt vt faciãt mala, bene aũt facere nescierũt, ⌊nec eñ põt⌋ diuinæ legi E
esse subiecta sapia ista. Vnũ nãq; oppositor̃ nõ subijcit̃ alteri, sed repugnat. Lex aũt diui
na docet vltimũ finẽ esse cõstituẽdũ in deo. Hæc vero in bonis carnalib⁹. ⌊Qui aũt in car
ne sunt⌋ .i. carnal̃r viuũt, atq; in sensibilibus bonis final̃r sistũt, ⌊deo placere nõ pñt⌋ in-
Matth.6 quãtum hmõi. Pñt tñ cõuerti, & deo recõciliari. Huic dicto cõsonat illud Saluatoris: Ne
1.Cor.6 mo põt duob⁹ dñis seruire. ⌊Vos autẽ⌋ o veraciter Chr̃i fideles ⌊in carne nõ estis⌋ hoc ẽ
in rebus ac vitijs carnis nõ detinemini, sed spũalia atq; diuina exq̃ritis, cõuersationẽ ha-
Philip.3 bentes in cœlis, ⌊sed in spũ⌋ .i. in spũ sctõ estis, p charitatẽ & grãm, & ,ppter spũalem re-
2.Cor.3 generationẽ, qua estis ex aqua & spũ sctõ renati. Vel estis in spũ vr̃o .i. scd̃m rõnis iudiciũ
Iohan.3 viuitis, iuxta q̃d scriptum est: Redite p̃uaricatores ad cor, ⌊si tñ spũs dei⌋ .i. spũs sanctus
Esaiæ.46 ⌊habitat⌋ .i. manet ⌊in vobis⌋ p grãm gratũ facientẽ, queadmodũ loq̃tur Chr̃us: Ego
rogabo p̃rem, & alium paracletũ dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ. Rursusq; ait:
Iohan.14 Spũs sanctus apud vos manebit, & in vobis erit. ⌊Si q̃s autẽ spm̃ Chr̃i nõ habet⌋ .i. cu-
Ibidem ius aĩa nõ habitat̃ à spũ sancto, q̃ est spũs Chr̃i, q̃a ab ipo procedit, ab eoq́ datur ac mit-
titur, sicut ipe protestat̃: Cum venerit paracletus, quẽ ego mittã vobis à patre. Et iterũ:
Ibidem Ille de meo accipiet. Et ad hoc designãdum, insufflauit in discipulos suos, & dixit: Acci
pite spm̃ sanctũ. Quis autẽ habet spm̃ sanctum, nisi quietus & humilis, simplex & iustus?
Ioh.16 Scriptũ est eñ: Super quẽ requiescet spũs meus, nisi super quietũ & humilem? Et iterum:
Ioh.20 Spũs sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitatiõibus, quæ sunt sine intelle-
Esa.66 ctu, ⌊hic nõ est eius⌋ .i. ad membra Chr̃i nõ pertinet scd̃m p̃sentẽ iustitiã, & merito quã-
Sapiẽ.1 uis interdũ pertineat scd̃m prædestinationẽ æternã, ac numero, sicut & Paulus cum Ste
phanum lapidauit. ¶ Deinde p̃adit Apostolus, q̃d vtilitatis cõsequãtur fideles ex inha
Acto.8 bitatiõe spũs sancti. ⌊Si autẽ Chr̃us in vobis est⌋ Per fidem & charitatẽ (sicut & alibi le- F
gitur) Chr̃m per fidem habitare in cordibus vestris. Et Saluator ipe: Ego (inquit) vo-
Ephe.3 biscum sum cũctis diebus, ⌊corpus q̃dem mortuũ est propter pc̃m⌋ .i. caro vestra mor
Matth.28. talis ac fragilis, necessitati moriendi subiecta est propter originale pc̃m, ⌊spũs vero⌋ .i.
anima vestra ⌊viuit⌋ per grãm, ⌊propter iustificationem⌋ sibi à Chr̃o collatam .i. per
hoc q̃d pc̃tã ei dimissa sunt, quæ spm̃ vulnerabãt. Vel propter iustificationem .i. per iusti
Iohã 10. tiæ exercitationẽ. Bona eñ opatio, vita est animæ. Hinc ait Saluator: Ego veni, vt vitã
Actor.3 habeant, & abundãtius habeãt. ⌊Quòd si spũs eius⌋ .i. spũs dei patris ⌊q̃ suscitauit Ie-
sum Chr̃m à mortuis habitat in vobis⌋ perseuerãter vsq; in finẽ vitæ p̃sentis, ita vt in
grãa decedatis, ⌊q̃ suscitauit Iesum Chr̃m à mortuis⌋ .s. deus pater ⌊viuificabit⌋ .i. ad im
mortalem vitã resuscitabit, ⌊& mortalia corpa vestra⌋ in die nouissimo, sicut Iob aper-
Iob.19 tissime profitet̃: Credo q redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus
Esaiæ.26 sum, & rursum circũdabor pelle mea. Per Esaiã quoq; dñs asserit: Viuẽt mortui mei, in-
terfectiq; mei resurgẽt, ⌊propter inhabitantẽ spm̃ ei⁹ in vobis⌋ .i. virtute & grãa spũs san
cti. Vel propter benignitatẽ qua facit spm̃ sctm̃ habitare in mẽtibus vr̃is. Vel ,ppter me
ritũ, q̃d cõsecuti estis ex ĩhabitatiõe & grãa spũs scti, imo ,ppter vtrũq; istor̃ sil̃, vel ,ppter
mĩam dei & opa vr̃a bona suscitabũt corpa vr̃a, ad btãm & impassibilẽ vitã. Ex prædictis
1.Timo.6 infert Apl̃s, q fideles obtẽperare tenent̃ rõni nõ sensualitati, spũi nõ carni. ⌊Ergo (o) fr̃es
Galat.6 debitores sumus nõ carni vt scd̃m carnẽ viuamus⌋ .i. q̃uis aliq̃ mõ obligemur carni, vel,
vt ei necessaria ministrem⁹ in victu atq; vestitu, nõ tñ sic ei obligati sum⁹, vt ei⁹ cõcupiscẽ
tijs acq-

tiis acquiescamus,carnaliterq́ȝ viuamus.⌊Si eñ secūdū carnē vixeritis,moriemini⌋mor
A te culpæ ī hoc seculo,& morce ꝑpetua in inferno.⌊Si aūt spū⌋.i.grā spūs sancti.Vel,spū
a.rōnis vestræ iudicio,⌊.facta⌋.i.opa⌊carnis mortificaueritis⌋.i.destruxeritis & abie-
ceritis tanq̄ venena,quēadmodū in Eccō ꝑcipit:Quasi à facie colubri fuge pc̄tm̄,⌊viue- Eccl. 21
tis⌋vita charitatis & gratiæ in ecclesia militāte,vita q̄q́ȝ fruitiōis & gloriæ in ecclesia triū
phāte.Huic documēto naturalis cōsonat ratio.Media nāq́ȝ disponēda sunt scd̄m exigē
tiā finis.Cū ergo caro sit aīæ instrumētū,& ordinet ad spm̄ sicut ad finē,regēda est secū
dū exigentiā aīæ seu spūs.s.vt animæ seruiat,rōni obediat,illisq́ȝ actibus occupet per quę
spūs tēdit & redit ad creatorē.Qui aūt scd̄m carnē cōuersat,peruertit hūc ordinē,dñam
ancillæ subiiciēs,finē medio postponens,& seipm̄ bestiis viliorē ac deteriorē cōstituens.
⌊Quicūq́ȝ eñ spū dei agunt⌋.i.à spū sancto regunt,eius instinctu ducunt,eius feruore im
pellunt ad bona,⌊hi filii sunt dei⌋per grām adoptantē ac filialē amorē.Vnde in canoni
ca Iohā.scribitur:Videte qualē charitatē dedit nobis deus pr̄,vt filii dei nominemur & si 1.Iohan.3.
mus.Quēadmodū aūt deus oīpotens mouet cæteras creaturas ad ꝓprias opationes,na- Matth.5
turaleq́ȝ finē,p quēdā vniuersalē influxū seu generalē gubernationē,scd̄m q̄ Proclus au-
thor libri de causis affirmat:Causa prima regit res oēs,ꝑter q̄ q̄ cōmisceat eis.Sic ratio-
B nalē creaturā mouet ad finē supnaturalē per specialē gubernationē ac inspirationē,q̄ ꝓ-
uidētia appellatur.Electos vero singulariter mouet ac regit,prouidēs eis nō solū sufficiē
ter,sed etiā efficaciter de oībus necessariis ad salutē,ita vt grām dei suscipiāt,eiusq́ȝ inspi
rationi acquiescāt.Idcirco dicūtur potius agi q̄ regi vel moueri à spū scō,vt magnitudo
gratiæ insinuet.Ad actū eñ meritoriū nō solū exigitur gratia habitualis,sed insup neces-
saria est q̄dā actualis motio spūs sancti voluntatē excitātis.Propter q̄d ꝓpheta dicebat.
Dñe,oīa opa nostra opatus es in nobis.Porro cū motio ista siue influxus,actio & instin Esaiæ. 26
ctus spūs sancti sit penitus supnaturalis,indiget anima supernaturalibus qbusdā habitib⁹
per q̄s aptetur ac disponat ad huius motiōis facilē susceptionem.Hi vero habitus,sunt se Esaiæ.11.
ptē dona spūs sancti,q̄ sunt dispositiōes habituales ac supernaturales à deo immediate p
creationē infusæ,qbus reddit aīa facile mobilis à spū scō in ordine ad supernaturalē finē,
q̄ est vita æterna.Hæc dona à virtutibus realiter distinguunt,easq́ȝ in dignitate excedūt,
theologicis demptis virtutib⁹.Per hęc dona dirigitur anima à spū scō,ita vt audiat eū si-
cut magistrū.Vnde ait Psal.Spūs tuus bonus deducet me in terrā rectā.Qui itaq́ȝ sic agū Esaiæ.50 Psal.142
tur spū dei,hi sunt filii dei.Quicūq́ȝ aūt in grā est,habet hęc dona secūdū aliquē gradū &
agit à spū scō q̄tū requirit status salutis,videlicet ad obseruātiā ꝑceptoꝝ.Deinde ponit
rō cur morituri sumus,si secundū carnē vixerim⁹.⌊Nō eñ accepistis spm̄ seruitutis iteꝝ 1.Iohā.4.
in timore⌋.i.iā tpe gratiæ,nō est vobis datus spūs,q̄ seruiatis deo seruiliter q̄si inuite,vi- Deuter.17
C delicet timore pœnaꝝ,vt olim tpe legis,q̄ cōminatiōe pœnaꝝ induxit homines ad ser- Iohan.1.
uiendū,⌊sed accepistis spm̄ adoptiōis filioꝝ dei⌋.i.spm̄ cuius gratia hoīes adoptātur in
filios dei,⌊in q̄ clamamus⌋ore vel corde,⌊Abba pater.⌋Duo sunt noīa,vnū Hebręū,al
teꝝ Latinū significātia idē.Et est sensus:In hoc spū vocam⁹ ex charitate,tanq̄ filii adop Gala.4
tiui deū patrē fiducialr̄ atq́ȝ affectuose dicētes:Pater noster q es in cœlis.Glossa p spm̄ ser Matth.6
uitutis intelligit spm̄ sanctū,à q̄ cordib⁹ Iudęoꝝ incussus est timor pœnaꝝ,q̄ seruiliter ser
uierūt.Nā & timor seruilis inquātū est timor,à spū scō est.Sic eñ retrahit à pc̄tō & dispo Exod.14
nit ad grām.Quātū vero ad seruilitatē suā nec bon⁹ est,neq́ȝ à spū scō.Dicitur ergo spūs
sanctus,spūs seruitutis,rōne sui effectus,qa facit seruire q̄tū ad hoc receperunt q eius do Exod.19.
no gratis dato seruierūt timore pœnaꝝ.Per spm̄ vero adoptionis intelligit glosa eundē
spm̄ sanctū per grām adoptantē.Vnde August.Caue(inqt)ne ex eo q̄ ait,spm̄ seruitu-
tis,& spm̄ adoptiōis,diuersum intelligas spm̄,cū sit vnus atq́ȝ idē spūs,q in trinitate dicit
spūs sanctus.Quod etiā Apl̄us ostendit dicens,iteꝝ,sed ꝓpter diuersa opera dissimiliter
noīatur.Huic dicto cōcordat q̄d de spū subditur.⌊Ipse eñ spūs testimoniū reddit spūi Iohan.1
nostro,q̄ sumus filii dei.⌋Quod certū est dici de spū scō,videlq́ȝ dictū de eodē spū,de q̄
nunc agitur.Quidā vero per spm̄ intelligunt donū spūs sancti,vt spūs adoptiōis dicatur
donū filialis timoris,q nos efficit filios dei.Spūs vero seruitutis intelligat donū timoris ser
uilis,videlicet ipse timor seruilis.Hæc eñ secundū August.est breuis differentia legis &
euāgelii,timor & amor.Lex vetus appellata est lex timoris,qm̄ cōminatione pœnaꝝ in
duxit ad bonū,nec ꝑstitit grām obediēdi per charitatē.Porro lex euāgelica,est lex amo
ris.Agit eñ(grām cōferendo)seruire deo amore iustitiæ.Non est aūt sic intelligendum, Iohan.15
quin multi in veteri testamento acceperunt spm̄ adoptionis filioꝝ dei.Oēs eñ electi ha
buerunt hunc spm̄,sed nō ex lege,neq́ȝ per legē,magis aūt ex deo per fidē,qua credide-
runt in Christū ventuꝝ,ad cuius grām cōfugerunt,legis insufficientiā cognoscētes,pro- Ephe.2.
priāq́ȝ infirmitatē pensantes.Videtur q̄q́ȝ per spiritū hoc loco posse intelligi spūs ratio- Hebr.7
nalis creatus,videlicet anima nostra.Quāuis aūt quilibet nostrū acceperit hunc spm̄ suū,
qn̄ creata,corporiq́ȝ infusa est anima sua,dicimur tn̄ spm̄ istū recipere vel amittere,qn̄

D aliqua

aliqua noua dispositio ei cõfertur vel aufert, quẽadmodũ aliquis dicitur cõcipere spm̃ de D
Ezech.36 uotõ, vel perdere animã feruentẽ, iuxta quẽ sensum dñs ait: Auferã cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ. Qui ergo sub lege seruierũt timore, accepisse dicuntur
2.Timo.1 spm̃ seruitutis.i.animã seruientẽ in timore. Qui vero sub gr̃a seruiunt charitate, accipiũt spm̃ adoptionis.i.animã habentẽ gr̃am adoptionis, in quo spũ clamãt corde deuoto, Abba, pater. Huic vero cõsonat q̃d alibi ait Ap̃lus: Nõ dedit nobis deus spm̃ timoris, sed virtutis & dilectionis. Quod aũt in spũ sancto clamamus, Abba pater, & deum vere patrẽ
Gala.4 vocemus, hinc cõstat. Ipse em̃ spũs sanctus testimoniũ perhibet spũi nostro.i.testificatur animæ nostræ, eamq́ꝫ recognoscere facit per inspirationẽ internã, vel reuelationẽ apertã, ꝙ simus filij dei adoptiui, stãdo in charitate & gratia. ¶ Testificatio ista multis modis intelligi potest. Primo per manifestã & clarã reuelationẽ spũs sancti, siue fiat immediate ab ipso, siue per angelũ, sicq́ꝫ agnoscit homo per certitudinẽ se esse in gratia & filiatione diuina, sicut Paulus & cæteri apostoli, imo & multi perfecti ita sciuerũt se eẽ in gra
1.Cor.15 tia. Ad q̃s maxime pertinet q̃d alio loco dicit Ap̃lus: Nos nõ spm̃ huius mũdi accepimꝰ,
2.Cor.8 sed spm̃ qui ex deo est, vt sciamus q̃ à deo donata sunt nobis. Hoc modo agnouit Abra-
1.Cor.2 hã se esse filiũ dei, cũ ei dñs promisit ꝙ decederet in senectute bona. Ezechias q̃ꝫ certissi-
Gene.15 me dixit: Memẽto dñe qũo ambulauerim corã te in veritate & in corde perfecto. Secun
4.Reg.20 do fit testificatio ista ꝑ quandã bonæ fiduciæ cõsolatoriã infusionẽ, vt cũ hõ nimiũ anxiat
Esaiæ.38 an placeat deo, & subito sentit se cõsolari & q̃si certificari, sic aũt oẽs virtuosi & boni scire possunt se esse filios dei, nõ quidẽ certo, sed cõiecturaliter & probabiliter. Tertio fit ꝑ B propriæ cõuersationis & cõscientiæ diligentẽ discussionẽ, vt cũ hõ non habet remorsum mortalis p̃cti, & cũ debita diligẽtia custodit mãdata, auditq́ꝫ verbum dei libẽter. Ista sunt probabilia signa filiatiõis diuinæ, imo & ꝑdestinatiõis, secundũ q̃d ait saluator: Qui ex deo est, verbũ dei audit. Et Iohãnes in sua canonica: Si cor nostrũ nõ reprehẽderit nos, fidu
Luc.11 ciã habemus ad deũ. Et rursus: Qui seruat verbũ Chr̃i, vere in hoc charitas dei pfecta est.
Iohan.8 Denique sicut vita naturæ cognoscit ex vitalibus actibus ac naturalibus motibus aiæ, sic vi
1.Ioh.3 ta gr̃æ ex bonis operibus, seu mãdatorum custodia cõprobat, qa vt Gregorius ait, Exhibi-
1.Iohan.2 tio o͞pis, probatio est charitatis. Cũ ergo spũs sanctus facit nos bñ agere, atque in dei obsequio promptos & agiles esse, tunc vtique testimoniũ perhibet spũi nr̃o, ꝙ filij dei simus. Huic ergo dicto ap̃li nõ repugnat q̃d scriptũ est: Sunt iusti atque sapiẽtes, & opera eorum in manu
Eccles.9 dei sunt, & tñ nescit hõ, vtrũ amore an odio dignus sit, sed oĩa in futurum seruant incerta.
Iob.9 Et q̃d ait beatꝰ Iob: Si venerit ad me, nõ videbo eũ, & si recessit à me, nõ intelligã. Itẽque
Ibidem Si simplex fuero, hocipm̃ ignorabit aĩa mea. Hæc em̃ atque similia ideo afferunt, q̃ de lege cõmuni & humano processu seu via, nõ potest homo agnoscere ꝑ certitudinẽ se esse filiũ dei ꝑ gratiæ adoptionẽ. ¶ Postremo, melius atque facilius potest quis scire se eẽ in gr̃a & esse filiũ dei secundũ ꝑsentẽ iustitiã, q̃ esse ꝑdestinatũ, vel in gratia permansurum. Vnde hoc certo agnosci nõ potest, nisi ꝑ reuelationẽ diuinã. Si aũt filij dei iã sumus ꝑ gr̃am adoptatẽ, & hæredes erimus in patria ꝑ gloriã beatificãtẽ. Filijs em̃ adoptiuis debet aliqua pars hæreditatis paternæ. Erimus aũt hæredes quidẽ nõ cuiuscunque, sed dei, æternas
Psal.26 possidẽdo bona dñi in terra viuentiũ, q̃ oculus nõ vidit, nec auris audiuit. Maxime tñ ista
Esaiæ.64 beatorum hæreditas est diuinitas, q̃ est obiectalis beatitudo indiuisibilis in se, q̃ tota ha
2.Cor.2 betur à singulis, à nullo aũt totaliter, & ita diuidit secundũ ꝙ diuersimode participat, q̃ di F uersitas est ex parte recipientiũ, quorum vnus alio clarius cõspicit deũ. De hac hæreditate fertur in psal. Dñs pars hæreditatis meæ. Et: Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Per Esaiã q̃ꝫ
Psal.15 dñs loquit: Sustollã te sup altitudinẽ terræ, & cibabo te hæreditate patris tui Iacob. Cæte
Psal.16 ræ hæreditates terminant in morte. Hæc aũt à morte sumit exordiũ, iuxta illud: Cũ dede-
Esaiæ.58 rit dilectis suis somnũ, ecce hæreditas dñi. Cohæredes aũt Chr̃i.i.beatitudinis Chr̃i cõ-
Psal.16 sortes atque participes erimus. Ipse ẽ em̃ principalis hæres, & nos simul cũ ipso diuinã bea
Psal.116 titudinẽ cõsequemur. Quo aũt merito subdit, Si tñ cõpatimur.i. Chr̃i passiõibus confi
FINIS. guremur, baiulãdo crucẽ nostrã, & sequẽdo vestigia eius. Ad hũc finẽ vt & simul glori
Matth.16 ficemur.i.gloriosi efficiamur cũ Chr̃o glorificato, quẽadmodũ ipse profitet: Pater, q̃s
Luc.14 dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam.
Iohan.17 ¶ Prosequutio expositionis præsentis capituli. Arti. XII.

EPIST. Hortatur nos insup sanctus Ap̃lus, vt Chr̃o compatiamur, quatenus cõglorificemur, eo ꝙ p̃mium incõparabiliter maius sit merito. Existimo em̃.i.agnosco ego q̃ de talibus veraciter iudico. Dicit aũt, existimo, nõ quasi incertus aut dubi
Esa.54 taus, sed sobriũ modũ loquẽdi seruãs ac edocens, ne immoderati simus in afferẽdo, ꝙ nõ sunt cõdignæ.i.æquales, sufficientes ac proportionatæ secundũ rigorem iustitiæ, passiones.i.persequutiones, tentatiões, labores huius tẽporis.i.quas in hoc breui vitæ huius curriculo sustinemus, ad futurã gloriã.i.vitam æternã promerendã, q̃ reuelabit in nobis.i.clare & corã omnibus nobis ꝑdestinatis ꝑstabitur. Vnde salua

A tor:Cũ feceritis(ait)oĩa quæ p̃cepta sunt vobis,dicite,Serui inutiles sumus.Hæc em̃ glo
ria,est beatifica visio diuinæ essentiæ plena mẽtis in deo lætitia,status oĩm bonoꝝ aggre Lucæ.17
gatione pfectus,cõsummata aĩæ & corporis glorificatio sempiterna,ad quã promerẽdã
tẽporales passiões cõdignæ nõ sunt.¶Sed videt cõtrariũ,qa secundũ doctores hõ in cha
ritate stans,meret de codigno vitã æternã.Et rñdendũ,ꝙ passiões seu opa charitatis cõ-
siderant dupliciter.Primo secũdũ q̃d procedũt à libero arb.vel acceptant ab eo,sic͡q nõ
merẽtur vitã æternã de cõdigno etiã habitu charitatis adiuncto.Secũdo,prout spũs san- Iohan.3
ctus liberꝫ atb.mouẽs est huius processionis vel acceptationis principiũ,& ita est meritũ
de cõdigno,eo ꝙ principiũ meriti eiusdẽ rõnis existat cũ p̃mio.Apl̃us vero loquit de pas
sionibus primo modo,Quod aũt gloria ista nobis p̃stãda sit,probat⌊Nã expectatio cre
aturę⌋.i.creatura expectãs,videlicet hõ viator.Dicit em̃ hõ oĩs creatura,iuxta illud:Prę Marci.16
dicate euãgeliũ omni creaturæ.Primo,propter coĩonẽ,qa cũ om̃i gn̄e creaturaꝝ in aliq̃
cõuenit.Secũdo,propter excellẽtiã,qm̃ oĩa corporalia ,ppter ip̃m creata sunt,⌊reuela- Gene.2
tionẽ filioꝝ dei expectat⌋.i.manifestationẽ beatitudinis electoꝝ in patria.s.supꝑsius fe- Psalm.41
licitatẽ & glorificationẽ cũ ingẽti desiderio p̃stolat,dicẽs q̃tidie:Queadmodũ desiderat
ceruus ad fõtes aquaꝝ,ita desiderat aĩa mea ad te deus.Nũc quippe filij dei sumus,& nõ-
dũ apparuit qd erim⁹.Scimus,cũ apparuerit,siles ei erim⁹,qa videbim⁹ eũ sicuti ẽ.Nunc 1.Iohan.3
ergo expectam⁹ hãc apparitionẽ,q̃tenus mẽte & corpe glorificati declaremur seu agnos Philip.3
camur eẽ filij dei p similitudinẽ gloriæ.⌊Vanitati em̃⌋.i.instabilitati,mortalitati,multis-
q̃ pęnis⌊creatura subiecta ẽ⌋.i.hõ,queadmodũ ait scriptura:Veruntñ vniuersa vanitas Psalm.38
oĩs hõ viuẽs⌊nõ volẽs⌋.i.nõ spõte,qa inuitus hęc patit.Vel,nõ volẽs.i.,ppter originale Eccles.1
B pctm̃,q̃d nõ est nr̃a volũtate cõmissum,cuius pœnas cogimur tolerare,⌊sed ,ppter eũ q Gene.3
subiecit eã in spe⌋.i.,ppter diuinã iustitiã subiectus est hõ vanitati huic,clemẽter tñ,qa in
spe liberatiõis futurę,⌊qa & ipsa creatura⌋videlicet hõ⌊liberabit⌋in futura resurrectiõe
⌊à seruitute corruptiõis⌋.i.corruptiõe ista seruili & corpali,vel magis ,pprie à seruitute Matth.6
corruptiõis.i.solicitudinib⁹ vitæ p̃sentis, videlicet à cura q̃rẽdi vestitũ & victũ,ac alia q-
bus hęc corruptibilis vita sustẽtat,ei͡q seruit.Liberabit aũt,ptingẽdo⌊in libertatẽ gl̃iæ⌋ Esa.35
.i.in dñium & securitatẽ felicitatis.Vel in gloriosam libertatẽ⌊filioꝝ dei⌋.i.electoꝝ seu
beatoꝝ in patria,q deo pfecte assimilant,& plena dilectiõe incessabil'r cõiungunt.Hęc ãt
cõsequẽter declarat apl̃us.⌊Scim⁹ em̃ ꝙ oĩs creatura ingemiscit & parturit vsq; adhuc.⌋
Hoc duob⁹ modis exponit.Primo de om̃i hoie mortali,q dicit ingemiscere;suspirãdo ad Threñ.1
patriã,& ,ppter vitę huius angustias frequẽter gemẽs & flens in hac valle lachrymaꝝ,&
parturire.i.cũ dolore opari vsq; adhuc,qa à principio mũdi vsq; in p̃sens tp̃s ita fecit,& Psalm.95
vsq; ad mortẽ,finẽ͡q seculi durabit gemit⁹ iste & parturitio.Secũdo exponit gn̄aliter de
principalib⁹ ptib⁹ huius mũdi sensibilis.s.elemẽtis atq; cœlestib⁹ orbib⁹,q̃ dicunt ingemis
cere & parturire metaphorice,sicut cãpus dr̃ exultare,& pratũ ridere.Vnde p gemitũ eo
rũ intelligit inclinatio,vel appetit⁹ eoꝝ ad statũ pfectiorẽ.Per parturitionẽ ãt mutua gn̄a
tio & corruptio q̃tũ ad elemẽta,vel cõtinua circũuolutio q̃tũ ad cœlestia corpa.Ex qbus
elicit,ꝙ scd̃m intẽtionẽ apl̃i corpa cęlestia & elemẽta in fine seculi glorificatis electis,iudi
cio͡q pacto,innouabunt,itã ꝙ elemẽtoꝝ trãsmutatio, & cęlestiũ corpoꝝ mot⁹ cessabũt; Apoca.21
C ampliori q[illegible] lumine vestient,Terra(vt fert)in supficie lucida erit vt vitrũ, aqua sicut cri
stallus;aer vt cęlũ,ignis vt stellę.Quãtitas ãt melioratiõis cœlestiũ corpoꝝ nota ẽ ei q da Esaiæ.30
turus est eã.Veruntñ de mẽsura decoratiõis solis & lunæ scriptũ ẽ:Erit lux lunę sicut lux
solis,& lux solis septẽpl'r sicut lux septẽ dieꝝ.Tũc em̃ tãta erit lux lunę,q̃ta nũc ẽ lux solis,
corpa q͡q beatoꝝ septies clariora erũt(vt dr̃)sole.Hoc tñ scd̃m B.Thomã,nec rõne, nec
authoritate ,pbat,q̃uis certissime veꝝ eẽ sciam⁹,q̃d veritas ait:Fulgebũt iusti sicut sol ĩ re
gno p̃ris eoꝝ.Mihi p̃terea,semp saluo meliori iudicio,videt,ꝙ sicut p̃sens locus,q̃ dr̃,Sci Matth.13
mus ꝙ oĩs creatura ingemiscit & pturit, exponit de p̃dictis corpibus,sic superiora ab eo
loco,q̃ dictũ ẽ, Nã expectatio creaturę,de eisdẽ possit exponi,p̃sertim cũ apl̃us dicẽdo:
Expectatio creaturę reuelationẽ filioꝝ dei expectat,& ipsa creatura liberabit à seruitute
corrupriõis in libertatẽ glorię filioꝝ dei,manifeste videat distinguere inter creaturã & fi
lios dei adoptiõis,de qbus p̃dixit.s.hoĩes p̃destinatos.Erit igit sensus,Expectatio creatu
ræ elemẽtalis atq; cęlestis reuelationẽ filioꝝ dei.i.manifestã glorificationẽ hoĩm electoꝝ
expectat,scd̃m ꝙ ex diuina ordinatiõe inclinat ad quãdã clarificationẽ,quã in fine seculi
sortitura ẽ filijs dei reuelatis.Nõ em̃ innouabunt corpa elemẽtaria atq; cęlestia,nisi cor- Eccles.1
porib⁹ electoꝝ glorificatis,vel simul cũ illis.Merito ãt expectat.Vanitati em̃.i.mutabili
tati vel trãsmutatiõi creatura p̃dicta subiecta ẽ,nõ volẽs.i.nõ ex seipsa aut ,ppria inclina-
tione,loquẽdo de eã ,put ordinata ẽ à deo ad statũ pfectũ parificãdũ statui electoꝝ post
finale iudiciũ,sed ,ppter eũ q subiecit eã in spe.i.ex ordinatiõe diuina subiecta ẽ huic vani
tati ,ppter hoiem,vt ei deseruiat.Corpora em̃ cœlestia ,ppter gn̄ationẽ inferioꝝ, maxĩe Gene.1
hoĩm,mouent,& in gn̄ationibus mixtoꝝ elemẽta cõcurrũt,Hęc aũt subiectio facta est in Psal.8

spe p̃memoratę meliorationis seu clarificationis elemẽtaliũ atq; cœlestiũ, qa & ipsa creatura
cęlestis & elemẽtalis liberabit à seruitute corruptiõis.i.à statu suę variabilitatis, & à trans P
mutatione ac motu, qbus corruptibilibus istis deseruit. ¶Deinde ait aplus.⌊Nõ solũ aũt
illa⌋.i.non tm̃ ois p̃dicta creatura ingemiscit ac parturit;⌊sed & nosipsi⌋apostoli Chr̃i,
Psalm. qbus hoc minus couenire videt,⌊primitias spũs habẽtes⌋.i.abundãtiorẽ grãm spũs san
Philip.1. cti sortiti,⌊& ipsi intra nos gemimus⌋cordialr suspirãtes supernã Hierusalẽ, cupiẽtes dis
solui, atq; à p̃sentis vitæ ærũnis trãsferri⌊adoptionẽ filiorũ dei⌋.i.cõsummatã seu plenã
adoptiõis filiationẽ, videlicet p̃miũ electorũ in p̃ria⌊expectãtes⌋nõ solũ aĩæ glorificatio
Osee.13 nẽ, sed &⌊redẽptionẽ corporis nr̃i⌋.i.liberationẽ corporis nr̃i à mortalitate, pœnis atq;
Psalm.68 miserijs, qbus modo vehemẽter affligit. Propter q̃d Dauid ait: Sitiuit in te aĩa mea q̃ mul
tipliciter tibi caro mea. ¶Præterea nõ inaniter hãc beatitudinẽ expectam⁹.⌊Spe em̃ sal
ui facti sumus⌋.i.actu spei, tanq̃ merito liberati sumus à culpa, & digni effecti glia. Actus
nanq; virtutis saluat hoc mõ. Vel sic, Spe salui facti sumus.i.p passionẽ ac meritũ Chr̃i iã
beati & salui sumus in spe, q̃uis nondũ beati sumus in re. Idcirco certissime p̃stolamur fe-
licitatẽ p̃dictã.⌊Spes aũt⌋.i.res sperata,⌊q̃ videt⌋.i.iã p̃sens atq; obtẽta ẽ,⌊nõ ẽ spes⌋
.i.nõ cadit sub spe, nec amplius sperat. Quasi dicat, Spes ista nõ est de visibilibus & p̃senti
Hebr.9 bus bonis, sed est certa expectatio futurorũ inuisibiliũq; bonorũ. Nã & fides (q̃ vtiq; de in
Hebr.11 uisibilibus est) est substãtia rerũ sperandarũ. Ideo additur.⌊Nã q̃d videt quis, qd sperat?⌋
.i.q̃d iã in promptu habet, & p̃sentialr ac visibiliter adest, nõ magis sperat, sed potius pos
sidet.⌊Si aũt⌋.i.qa⌊q̃ nõ videmus⌋.i.spũalia & futura bona⌊speramus, p patientiã ex E
Philip.1. pectamus⌋.i.lõganimiter ea p̃stolamur nõ cedẽdo aduersis, nec importune volẽtes dis-
Roma.5 solui. Vel, p patientiã.i.p aduersitatũ tolerãtiã expectamus hãc cõsolationẽ. Nã tribula-
tio excitat nos ad futuræ cõsolationis actualẽ fiduciã. ¶Deinde docet aplus, q̃ nõ huma-
na, sed diuina virtute ac ope ad p̃dictã felicitatẽ pertingimus.⌊Similiter aũt⌋.i.sicut p
patientiã expectamus bona futura adiuti grã dei, simili modo pie ac gratiose⌊spũs adiu
uat infirmitatẽ nostrã.⌋Locus iste vsq; ad illud, Scimus qm̃ diligẽtibus deũ, dupliciter ex
poni potest. Primo, de spũ sancto. Secũdo de spũ angelico. Primo sic, Spũs sanctus adiu-
uat infirmitatẽ nostrã.i.nosipsos infirmitatibus spũalibus plenos, illuminãdo intellectũ,
accendendo affectũ. Nam quid oremus sicut oportet nescimus.⌋Videtur huic cõtrariũ.
Aliqua em̃ sunt ex sua ratione honesta, virtuosa, & ad salutẽ necessaria, vt dilectio dei &
Matth.22. proximi, humilitas, pax, patiẽtia. Talia scimus esse petẽda à deo. Scimus q̃q; q̃uo sint pe-
Matth.11 tenda, videlicet indesinẽter, & in noĩe Christi ad gloriã dei. Deniq; Chr̃s nobis p̃fixit, qd
& q̃uo orare oporteat, dicẽs: Sic ergo orabitis, Pater noster q es in cœlis. Aduertendum
Matth.6 est itaq;, quia (vt refert Valerius) opinio Socratis fuit, nõ debere nos ab immortalib⁹ dijs
aliquid determinate postulare, qm̃ ipsi melius scirẽt q̃ nos, qd nobis expediat. Hoc ãt san
cti doctores reprobãt, propter duo. Primo, qa (vt tactũ est) quædã sunt p se ad salutẽ ne
Dañ.9 cessaria, honesta, & nobis p̃cepta. Talia ergo debemus petere determinate. Secũdo, qm̃
orãdo aliqd determinate mẽs nr̃a pro illo magis accẽdit, sicq; capacior fit eius q̃d poscit.
Desideriũ em̃ aperit capacẽq; facit affectũ orãtis. Quędã vero sunt indifferẽtia, q̃ possunt
saluti obesse sicut p̃desse, vt sanitas corporis, cessatio tẽtationis, & multa hmõi. Talia nõ de- F
bemus determinate petere, nisi sub cõditiõe beneplaciti dei. Quia ergo in talibus sæpe de
Iacob.4 cipimur, orãtes q̃ nõ proficiũt ad salutẽ, eo q̃ incertæ sint prouidẽtiæ nr̃æ, sicut & Paulus
2.Cor.12. aplus, q orauit stimulũ carnis sibi auferri. Idcirco indigem⁹ dirigi à spũ sancto in petitio-
ne taliũ, ne petamus saluti cõtraria, vel aliter q̃ oportet. De his puto iã loqui aplm̃, iuxta
Sapiæ.9 quẽ sensum etiã à Sapiẽte scriptũ est: Quis poterit cogitare qd velit deus? & sensum tuũ
dñe qs sciet, nisi tu dederis sapientiã, & miseris spm̃ tuũ de cœlis? Si aũt p̃dicta verba apo
stoli vniuersaliter dicta sunt, exponẽda erũt hoc mõ, Quid oremus.i.qd decẽs à dño po
stulemus? Oratio em̃ est petitio decẽtiũ à deo scd̃m Damascenũ, sicut optet cũ circũstã-
tijs debitis, nescimus p̃pria virtute, sed noua illustratione egemus. Ideo subdit,⌊sed ipse
spũs⌋sanctus⌊postulat pro nobis⌋.i.postulãtes nos efficit vere salubria⌊gemitibus in-
enarrabilibus⌋.i.suspirijs tã excessiuis, tã pro liberatione p̃sentis exilij, q̃ pro adeptiõe cœ
lestis paradisi, vt plene nequeãt explicari. Dicit aũt deus aliqd agere, nõ qa ipse immedia
Exod.33 te sic agit, sed qa facit nos sic agere, p̃ut legit in Exodo: Dñs dixit ad filios Israel, Iã nũc
Gene.22. depone ornatũ tuũ, vt sciã qd faciã tibi. Abrahę q̃q; dixit: Nũc cognoui, q̃ timeas dñm.i.
Psal.7 scire & cognoscere faciã.⌊Qui aũt scrutat corda⌋.i.quælibet diuina p̃sona interiora cor
Hiere.17 dis cõspiciẽs⌊sit qd desideret spũs⌋.i.approbat & exaudit q̃d spũs sctũs desiderare nos fa
cit. Quod em̃ ex immediata spũs sancti inspiratiõe p̃camur, dño placet & exaudit ab eo,
imo à spũ sancto. Idẽ em̃ spũs orare nos facit, & orãtes exaudit,⌊qa scd̃m deum postu-
Matth.26. lat⌋.i.qm̃ spũs sctũs facit nos postulare q̃ deo sunt placita⌊pro sanctis⌋.i.pro nobisipsis
& alijs p̃ordinatis ad vitã. Secũdo exponit sic, Spũs angelicus adiuuat infirmitatẽ nostrã
dæmones coercẽdo, grãe opẽ impetrãdo, & nobis fideliter tanq̃ p̃uissimus custos ac dili-
gẽs, assistẽdo, Nã qd oremus sicut oportet, nescim⁹, scd̃m sensum p̃ractũ, sed ipse spũs an

A gelicus postulat pro nobis, orõnes nostras offerẽs dño, sicut Tobię Raphael aiebat: Qñ orabas Tobiæ.12
cum lachrymis, ego obtuli orationẽ tuã deo. Et in Apoca. dicit: Data sunt ei incensa multa, vt Apoc.8
daret ea de orationibus sanctoꝝ super altare aureũ, qđ est ante thronũ dei: gemitib⁹ inenarrabi
libus .i. vehementissimis qbusdã affectib⁹. Gemitus aũt proprie sumptus nõ cõpetit angelo, sed
metaphorice tñ, sicut de deo legitur. Tactus dolore cordis intrinsecus, &c. Qui aũt scrutat cor Gene.6
da .i. deus q corda scrutatur, nõ inquirendo qđ nescit, sed inspiciendo qđ nouit, scit qd desideret Sapiæ.6.
spũs angelicus pro nostra salute, qa secundũ deũ postulat pro sanctis. Nam cũ sit deo beatifice, Iudith.13
inseparabiliterq́ vnitus, nil cupit, nisi ꝙ cõplaceat dño. ¶ Deinceps ostendit aplus proprietatẽ
eoꝝ, q æternã beatitudinẽ obtinebũt. ⌞Scimus aũt qm̃ diligẽtibus deũ⌟ charitate infusa & su EPIST.
pernaturali ac pseueranti ⌞oĩa⌟ tã bona q̃ mala, prospera & aduersa, ⌞cooperant⌟ finaliter Sapiæ.10
⌞in bonũ⌟ felicitatis æternę, qa per hæc aliquo mõ proficiscunt ad dominũ. Bona em̃ .i. opera
virtuosa cooperant eis in bonũ directe, mala vero indirecte. Nã vbi abundauit iniquitas, abũda Roma.5
uit & gr̃a. Ideo scriptũ est de viro iusto: Oĩa q̃cũq; faciet, prosperabunt. Sæpe em̃ cõtingit, vt q̃ Psalm.1.
se grauius peccasse ppendũt, eo humiliores & feruẽtiores reddant, ⌞his q secundũ propositũ⌟
voluntatis diuinæ, vel secundũ rationẽ pdestinatiõis æternæ, ⌞vocati sunt sancti⌟ .i. deo ope-
rante ad sanctoꝝ pertinent sortẽ. Vel, secundũ propositũ .i. diuinæ mentis decretũ vocati sunt
sancti .i. ad grãm sanctificantẽ deducti sunt, ita vt re & noĩe veraciter sancti dicant, gratiãq; p-
seuerantẽ ac finalem, (q̃ solis electis pstatur) adipiscant. ⌞Nam q̃s præsciuit⌟ .i. ab æterno pno-
B uit ad vitã, & p approbationẽ, sicut ad Moysen loqtur: Scio te ex noĩe, ⌞& pdestinauit⌟ .i. in Exod.33.
sua æterna dispositiõe pmisit atq; pordinauit, ⌞cõformes fieri⌟ p grãm adoptiõis, ⌞imaginis fi Ephe.1
lij sui⌟ .i. filio suo naturali q est imago patris sui, cũ sit imago bonitatis paternæ, cãdor æternæ Coloss.1
lucis, & speculũ sine macula dei maiestatis. Filiatio em̃ adoptiua electoꝝ, est similitudo filiatiõis 1.Cor.15
naturalis diuinę. Cõformant ergo pdestinati filio dei cũ fiũt filij adoptiui, qa p grãm gratũ fa Hebr.1.
cientẽ & cętera dona spũs sancti sortiunt quãdã supnaturalẽ assimilationẽ cũ deo pr̃e, cui⁹ filius Sapię 7
est imago. Assimilãtur q̃q; & filio, q est verbũ, veritas, & sapia pr̃is cũ natura eoꝝ intellectualis Iohan.1.
diuinoꝝ cõtẽplatiõe pficit. Põt q̃q; referri cõformatio ista ad filiũ secundũ naturã eius assum- Iohã 14.
ptã. Sic em̃ pdestinati sunt cõformes fieri imaginis filij dei, vt sint cohęredes Chr̃i, & sicut por- 1.Cor.1.
tauerũt imaginẽ terreni, sic portent imaginẽ cœlestis, ⌞vt sit ipse⌟ filius dei ⌞primogenitus in 1.Cor.15
multis fratribus⌟ .i. inter pdestinatos fideles (q fr̃es eius sunt secundũ naturã assumptã) prima-
tũ tenẽs, ordinẽ dignitatis, tanq̃ caput eoꝝ, & ius primogenituræ possidẽs hæreditatẽ pr̃is abũ-
dãtius pcipiendo, eãq; alijs distribuẽdo. Dicit etiã Chr̃us primogenit⁹ mortuoꝝ, qm̃ propria Apoc.1.
ptãte surrexit, & erat prim⁹ impassibilis resurgẽs. Porro vt vnigenitus, nõ habet fr̃es, sic enim Coloss.1.
est vnicus filius, verusq; deus, sed vt primogenitus, fr̃es habet, q̃s ipse naturã assumpsit & suæ Ephe.1.
glorię participes erũt. Vñ ad Heb. habet: Nõ cõfundit eos fr̃es vocare, dicẽs: Narrabo nomẽ Apoc.1.
tuũ fratribus meis. Nã & in euãgelio loquẽs: Dilecte discipule, Vade (inqt) dic fratribus meis. Hebr.2.
¶ Hoc aũt sciẽdũ, ꝙ psciẽtia nõ sumit hic sicut cõiter sumit, vt dum reprobi dicũtur psciti, vel Psal.21
C prout pdestinatiõi opponit, sed sumit iã prout est q̃si via siue pambulũ ad pdestinationẽ. Cum Iohan.21
em̃ deus nil agat casu aut ignorãter, oportet notionẽ scd̃m ordinẽ rõnis pcedere pdestinationẽ
Ad insinuãdũ ergo ꝙ deus nõ eligit nisi pcognitos, ait aplus: Nã q̃s præsciuit, & prædestinauit. Sapiæ.3
¶ Quæ aũt bona pdestinationẽ sequant, ostendit aplus: ⌞Quos aũt prædestinauit⌟ ab ęterno,
⌞hos & vocauit⌟ ad statũ salutis, ad fidẽ & grãm, vel p inspirationẽ internã, vel p instructio-
nẽ angelicã, vel p pdicationẽ humanã. ⌞Et q̃s vocauit, hos & iustificauit⌟ indulgẽtiã cõferen-
do, & gratiã infundendo. ⌞Quos aũt iustificauit, illos & glorificauit⌟ exaltando eos in gloria. Esaiæ.41.
Quosdã em̃ iam magnificauit hoc mõ, alios magnificabit. Itaq; prędestinatio grãm pręparat,
respicitq; gr̃æ bonũ finale. Vocatio gratiã offert & retrahit à malo. Iustificatio gratiã confert,
& respicit bonũ gratiæ initiale. Magnificatio gratiã cõsummat in gloria, & cõcernit futuꝝ bo
num felicitatis æternę. Hoꝝ q̃tuor, prædestinatio ẽ in deo, alia tria in nobis sunt. Si ergo prę- m.Paul.
destinatus es, q̃uis auertaris à deo & fugias, tñ vocaris: q̃uis pecces, tñ iustificaris: q̃uis moria-
ris, tamẽ ad impassibilẽ vitã trãsfereris. ⌞Quid ergo dicemus ad hæc?⌟ .i. quõ ista satis mirari,
quõ tantã gratiã satis laudare poterimus. ⌞Si deus pro nobis⌟ est, nosq; defendit, sicut est pro
prædestinatis, ⌞qs cõtra nos?⌟ .i. qs nobis nocere valebit? Nullus vtiq;, quia oĩa cooperabunt 1.Iohan.2.
nobis in bonũ. Si em̃ tẽtemur à dæmone, si insectemur à mũdo, p dei grãm oĩa fiunt nobis ma Matth.10
teria meritoꝝ. Imo si corpus occidat, aĩa per patiẽtiã coronat. Ideo S. Iob ait: Pone me iuxta Iob.17
te, & cuius vis manus pugnet cõtra me. ⌞Qui⌟ deus pr̃ inter alia beneficia sua nobis impensa,
⌞etiã proprio filio suo⌟ incarnato ⌞nõ pepercit⌟ liberãdo eum à mortis angustia, sed pro no
bis oĩbus tradidit illũ⌟ manibus aduersarioꝝ pmissiue, electis vero dedit eũ effectiue, iuxta qđ Esaiæ.9
scriptũ est: Paruulus natus est nobis, & filius datus ẽ nobis. ¶ Secundũ beatum Thomã in tertia
parte deus tradidit Christũ triplici modo. Primo, quia ab æterno præordinauit p Christi pas-
sionẽ mundũ eẽ saluandũ. Secũdo, qm̃ inspirauit ei volũtatem patiendi pro nobis, & ita voluit
Christũ pati p modũ præcepti, cui filius libentissime obediuit. Tertio permissiue, vt dictũ est,

Philip. 2 ⌊quō nō etiā cū illo oia nobis donauit?⌋ per locū à maiori cōcluditur q̄d quia filiū suū sibi co- D
æternū, cōsubstantialē & coæqualē dedit nobis, etiā cætera oia minora filio suo pſtiterit nobis,
Psalm. 90 q̄tum ad salutē requirit. Angelos enī dedit nobis in cōciues atq; custodes, oia corporalia sub-
Psalm. 8 iecit fidelibus, oēm grām in pſenti, oēm gloriā in futuro dare paratus ē, sicut & filius contestat
Psalm. 85 Si qd petieritis patrē in noīe meo dabit vobis, vt gaudiū vestrū sit plenū. Oīa verba hæc diuini
Iohan. 16 apostoli affectuosissima atq; dulcissima sunt, & tota cordis intentione ac deuotione pensanda.
⌊Quis accusabit aduersus electos dei?⌋ Q. d. Nullius accusatio poterit eis corā deo nocere ī ho
ra mortis, vel in die iudicij. Possunt tñ iā fraterne accusari à proximis, & paterne corrigi à p-
Apo. 12. latis. Hinc enī scriptū est: Proiectus est draco magnus, serpens antiquus accusator fratrū nroꝝ.
Quod aūt nemo poterit eos accusare, patet, qm̄ ⌊deus⌋ est ⌊q iustificat⌋ eos, idcirco ⌊Quis ē
2. Cor. 6 qui cōdemnet?⌋ eos, an ⌊Chrūs Iesus q mortuus est⌋ pro eis saluandis, ⌊imo q & resurrexit⌋
1. Pet. 2. tertia die, ⌊qui & est ad dexterā dei?⌋ residens. Chrūs secundū diuinā naturā dicitur esse a de-
Matth. 28. xtris patris. i. in summo honore, & patris æqualitate. Secundū humanitatē vero est ad dexterā
Apoc. 3 patris. i. in potioribus bonis eius. Vnde ipse ait: Ego vici & sedi cum patre meo in throno eius,
Iohan. 17. ⌊qui etiā interpellat pro nobis?⌋ vt mediator dei & hoim. Scriptū est enī: Aduocatū habemus
1. Timot. 2 apud patrē, Iesum Christū iustū. Secundum q̄sdā Chrs interpellat pro nobis, nō voce, sed mise
1. Iohan. 2. ratione ac representatiōe, dū indesinēter naturā quā pro nobis assumpsit, & durā mortē quam
pertulit, patris vultui offert. Vt enī ait Bernardus, Mater ostēdit filio pectus & vbera, filius ostē
dit patri latus & vulnera: nec pōt rē repulsa, vbi tot cōcurrunt amoris insignia. Veruntamen cū E
Hebr. 7 ad Heb. dicat aplus, Chrūs sempiternū habet sacerdotiū, vnde & saluare pōt in ppetuū, acce-
dēs per semetipm ad deū, semp viuēs ad interpellādū pro nobis, nō videtur cur Chro, vt me-
diatori, nō cōpetat voce interpellare pro nobis. Deniq; oro est explicatio desiderij, & interpres
ac nuntia volūtatis. Secundū August. q̄q;, illud licet orare, q̄d licet desiderare. Cū ergo Chrūs
nostrā salutem desideret, & ob id patri latus ac vulnera representet, vt nri misereat, cur nō voce
explicet hāc voluntatē pro nobis orādo? Et cū ipse magis cupiat nostrā salutē, q̄ aliquis beato
rum, cur nō orat vocaliter, eo modo q̄ virgo Maria, vel cæteri sancti? Si aūt ideo dicat nō ora-
re vocaliter, qa non est opportuna in patria vocalis oro, eadē rōne hac virgo beata oraret vo
caliter, nec Chrūs in hoc seculo orasset voce pro nobis. ¶ Itaq; cum deus tantam nobis chari-
tatē ostenderit & tanta bona p Chrm largit⁹ sit. ⌊Quis ergo nos separabit a charitate⌋ actua
li vel habituali ⌊Chri?⌋ secundū vtrāq; eius naturam. Nunqd ⌊tribulatio⌋ corpis, ⌊an angu-
stia?⌋ .i. afflictio mētis, ⌊an fames, an nuditas⌋ .i. vestimētoꝝ inopia, ⌊an psecutio⌋ q̄ ē de lo-
co ad locū, ⌊an periculū⌋ .i. apparatus mortis, ⌊an gladius⌋ .i. mors ipsa. Tanq̄ dicat, Nullum
horꝝ separare nos poterit. ⌊Sicut scriptū est⌋ in psona iustoꝝ seu martyꝝ aduersa patientiū .s.
Psal. 43. pœnas pcactas. ⌊Qm̄ propter te⌋ .i. propter tui amorē, & qa corā hoibus te cōfitemur, nec à
Matth. 10 iustitiæ tuæ via recedere volumus. Vel, propter te, finaliter. i. vt te deū pro pmio acquiramus,
⌊mortificamur tota die⌋ .i. assidue tribulamur, atq; per q̄tidianas persequutiōes & aduersitates
ad mortē deducimur. Vel certe qa nosipsos q̄tidie mortificamus orando, legendo, abstinen- F
do, cōtra proprias cōcupiscentias præliando, propriā voluntatē fraudando, & in cæteris virtu-
Zach. 12 tum exercitijs ac pœnitentiæ laboribus desudando, ⌊æstimati⌋ .i. à persecutoribus & peruersis
hoibus reputati & spreti ⌊sumus vt oues occisionis⌋ .i. sicut oues q̄ occidunt, vt lana eorum &
Matth. 10 carnes in vsum occidentiū veniant. Vnde & Chrs ait discipulis: Ecce ego mitto vos sicut oues
Iohan. 16. in medio lupoꝝ. Et alibi: Venit hora vt ois q interficit vos, arbitret obsequiū se præstare deo.
Sapiæ. 10 ⌊Sed in his oibus⌋ aduersitatibus ⌊superamus⌋ omnia patiēter atq; gaudēter sustinēdo, ⌊pro-
1. Iohā. 4. pter eū qui dilexit nos⌋ .i. propter amorē dei vel Christi, q prior dilexit nos, & propter bene-
ficiū gratiæ eius, cui⁹ virtute hæc inuictissime patimur. ⌊Certus sum enī quia neq; mors⌋ .i. ti-
mor seu pœna mortis, ⌊neq; vita⌋ .i. amor viuendi, ⌊neq; angeli⌋ qui sunt de infimo choro
infimæ hierarchiæ cœlestis, ⌊neq; principatus⌋ qui sunt de supremo choro eiusdē hierarchiæ,
& per istos subintelligunt archangeli, q infra hos ordines sunt medij, ⌊neq; virtutes⌋ .i. angeli
de medio ordine secundæ hierarchiæ, per q̄s intelligunt ptātes, q̄ sunt de infimo ordine hierar-
chiæ secūdæ. Numerant aūt hoꝝ ordinū angeli, qa sunt de quinq; ordinib⁹ angeloꝝ, qui fo-
ras mittunt. Alij vero quatuor ordines assistūt, ⌊neq; instātia⌋ .i. psentia bona vel mala, ⌊neq;
futura⌋ prospera vel aduersa, ⌊neq; fortitudo⌋ .i. violentia alicuius, ⌊neq; altitudo⌋ humanæ
præsumptiōis, ⌊neq; profundū⌋ sapiētiæ secularis, ⌊neq; creatura alia poterit nos separare à
FINIS. charitate dei, q̄ est in Chro Iesu dño nostro⌋ .i. secūdū eius doctrinā & voluntatē exhibetur à
1. Cor. 3. nobis deo, vt cum toto corde, tota anima, tota fortitudine diligamus. Exhibitio enī beneficio-
Marci. 12 rum charitatem accendit, nec aliquid sic ad amorē inducit, sicut q aliquis scit & experit se ab
alio diligi. Qm̄ ergo deus tantā nobis dilectionem ostēdit, tātaq; beneficia cōtulit, debemus in
eius amore esse immobiles. Hoc dicit Aplus in persona suipsius & apostoloꝝ alioꝝ q̄s sciebat
cōfirmatos in gratia, ita q mortaliter peccare non poterant ab ea hora, qua in die pentecostes
Ioel. 2 primitias spūs acceperūt. Vel si intelligatur dictū in persona oīm prædestinatoꝝ, referendum
est

A est quantū ad separationem finalē. Nam licet aliquādo per mortale peccatū separentur à deo, finaliter tamē separari non possunt. Præterea q̄d de angelis dictū est, non est sic intelligendū, ꝙ angeli sancti aliquo modo velint nos separare a charitate dei, sed ideo dictū est, quia etsi per impossibile vellent, tamen non possent. Secundū quem sensum dicit alio loco idem Apostolus: Licet angelus de cœlo euangelizet vobis p̄ter id q̄d euangelizamus, anathema sit. Quidā vero Galat. 4. per prædicta intelligunt angelos malos, q̄ nos conantur à deo auertere. De q̄bus ad Ephesios legitur: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & po Ephe. 6 testates, &c. In Apoca. quoq; scriptum est: Draco pugnabat & angeli eius. Apo. 12.

¶ Declaratio Cap. noni, videlicet: Veritatē dico in Christo, &c. Art. XIII.

QVia in superioribus disputauit Apostolus de insufficiētia legis & vitijs Iudæoꝝ, nūc Romañ. 4. ostendit charitatem suā ad eos, ne putetur illa ex odio vel contemptu dixisse, & ait: 5. 6. 7. ⌊Veritatē dico in Christo Iesu⌋ i. secundum regulam & censuram veritatis Christi, ita ꝙ mea locutio est secūdum beneplacitum Christi, & consona veritati ipsius, qui est mensura, causa & regula vniuersæ veritatis, idcirco ⌊non mentior, testimoniū prohibente mihi conscientia mea in spū sancto⌋ i. nullum remorsum habente cōscientia mea de aliqua falsitate, & hoc in spū sancto, ita ꝙ ipse est testis eius q̄d dico. Iste est modus iurādi Apostoli. Iuratio oāq; dū rationabilis causa occurrit vel exigit, non solū est licita, sed etiā meritoria, cum sit actus virtutis, quæ latria dicit. Hoc superius declaratū est plenius. Iudæi aūt difficiles e- Sup. ca. 6.
B rant ad credendū, ideo iurat Apostolus. Et item vt melius sibi credatur, q̄a quod dicit rarū est atq; mirabile, imo pene incredibile. Quid igitur iurat? ⌊qm̄ tristitia mihi magna est⌋ tam in superiori quàm in inferiori appetitu, ⌊& dolor continuus cordi meo⌋ hoc est iugis afflictio atq; Infra, ca. 11 compassio menti seu animæ. s. propter excæcationē Iudæoꝝ, sicut patebit. Hæc est tristitia bona ex charitate procedens, qua alijs condolemus in malis culpæ vel pœnę, ad quam pertinet lu Matth. 5 ctus, de q̄ dicitur: Beati qui lugēt. ¶ Deinde ostendit causam motiuam, ac materialem huius tri- Luc. 6 stitiæ. ⌊Optabam em̄ ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis⌋ puta Iudæis. Expositores quidā satis faciliter transeunt in expositione loci huius, qui meo iudicio difficillimus est, si q̄s diligēter inspiciat. Sic aūt cōmuniter exponūt, Optabam ego ipse anathema. i. separatus esse à Christo, pro fratribus meis prædictis vt cōuerterētur. i. si fieri posset, vellem ad horā, siue in hac vita, siue post mortē separari à Christo, vt isti crederent. Sed cū in hac vita non se- Sapiæ. 1. paretur homo à Christo nisi per culpā, imo p̄ mortale peccatum, si Apl̄us optasset separari à Christo in hac vita propter cōuersionē Iudæoꝝ ad tēpus, optasset mortale peccatum incidere, vt illi gratiā cōsequerent, q̄d certū est dici nō posse, p̄sertim cum secūdū eundē Apostolum, nō sint facienda mala, vt bona eueniant. Ideo alij, paulo planius loquentes, asserūt, ꝙ optabat ad tē Sap. ca. 5 pus separari a Christo per dilationē gloriæ sibi paratæ, ita ꝙ optauit diutius manere in vita p̄senti, quatenus Iudæoꝝ cōuersioni intenderet, iuxta quē modū aiebat ad Philippenses: Coartor è duobus, desiderium habens dissolui, & eē cum Christo, permanere aūt in carne necessariū Phil. 1
C est propter vos. ¶ Quamuis aūt expositiones huiusmodi veræ sint, non tamen (vt arbitror) satisfaciunt diligenter scrutanti. Primo, quia Apostolus dicit hæc, ad insinuandū singularē affectum suum circa Iudæos, sed prædicto modo optauit etiā pro Gentibus separari a Christo, vt patet ex multis locis epistolaꝝ eius. Secundo, quia Apostolus dicit hæc, quasi aliquid valde p̄cipuum, sed prædicto modo velle separari a Christo, non esset ita pręcipuum, cum & alij multi inferiores sancti hoc ipsum optauerint, sicut beatus Martinus dissERuit: Domine, si adhuc populo tuo necessarius sum, non recuso laborem. Tertio, quia non sequitur, si quis velit differri a gloria sibi parata in cęlo vt alijs prosit, ꝙ ideo optet esse anathema a Christo, absolute loquendo sicut Apostolus loquitur, imo hoc pertinet ad maiorem vnionem cum Christo, tam quantum ad meritum, q̄ quantum quo ad gloriā, cum hoc sit eximię charitatis dei & proximi opus. Propter quod ad Philippenses idem dicit Apostolus: Viuere in carne, hic mihi fructus operis Ibidem est. Quarto, quia Apostolus cum esset sobrius in loquendo, præsertim in his, quæ ad suam laudem spectabant, declinando videlicet magis ad minus q̄ ad maius, quemadmodum (secundum Aristotelem) pertinet ad moralem, Ideo propter prædictam separationem tam modicam, seu gloriæ dilationem non absolute dixisset, optabam anathema esse a Christo. Propterea (vt videtur) aliud nihil insinuat Apostolus verbis prædictis, nisi quod in Exodo Moyses deo loquutus est, dicens: Aut dimitte populo hāc noxam, aut si non facis, dele me de libro quē scripsisti. Exodi. 32 Cum enim non fuerit minor charitas Iudæorum in Paulo q̄ Moyse, non mirum est, si vterq; idem optauit. Sed quomodo intelligenda sint hæc Pauli & Moysi verba, difficile est intueri. Cum etem̄ Chr̄us in euāgelio dicat: Quid proficit homo si lucretur vniuersum mundū, se aūt Matth. 16. ipsum perdat, & detrimentū sui faciat? Nullus fideliū debet simpliciter velle de libro vitæ de- Lucæ. 9 leri, aut a Christo separari. Quidā ergo dixerūt Moysen p̄dicta verba dixisse ex impetu passionis, nō ex iudicio rationis, sed hoc penitus falsum est, Nec decet hoc dici de viro sancto qui erat mansuetus super oēs homines q̄ morabant in terra. ¶ Deniq; p̄cem eius exaudiuit dominus: Numer. 12

Ecce,inquiens,dimiſi iuxta verbum tuum.Et iteꝝ dixit:Qui peccauit delebo eum.Vnde patet D
Exodi.32 Moyſen in dicta oratione nõ peccaſſe,ſed vehementiſſime meruiſſe.Simili ratione oſtenditur
Ibidem Paulum non dixiſſe verba inducta ex impetu paſſionis.Auguſtinus vero dicit Moyſen protuliſſe hęc verba ex confidentia & familiaritate diuina,vt ſit ſenſus:Quẽadmodũ certus ſum dñe, ꝙ non delebis me de libro vitæ,ſic peto certificari à te de remiſſione culpæ populi tui. Simili modo rõnabiliter dici poteſt in propoſito,ꝙ Paulus optauit,& ſorte vocaliter exorauit anathema eſſe à Chriſto propter Iudęos,ſic orans: Dñe Ieſu conuerte populũ hunc,aut ſi non facis, aufer me à conſortio electoꝝ.i.ſicut ex magna familiaritate atq; fiducia cordis mei à te certus ſum ꝙ non permittes me ſeparari à te,ſic oro certificari de conuerſione Iudæoꝝ ad te.Sic ꝗq; ſanctus Hieronymus refert dixiſſe Paulum ſimplicẽ dño.Cum enim non exaudiretur ſolita celeritate pro cuiuſdã ſanatione infirmi,dixit:Vere non comedã, niſi ſanaueris eũ.Moxq; ſanatus eſt æger.Sic ſilius aliquis dilectus & amoroſus dicere ſolet patri ſuo, de quo plene confidit. Fac quod peto,vel eijce me domo & hęreditate tua. Poteſt etiam(& vt reor melius)dici,ꝙ tã Moyſi ꝗ̃ Pauli verbũ ſit ſermo hyperbolicus.i.per exceſſum dictus,tamen ſine mendacio.In huiuſmodi nãq; ſermone ſenſus nõ eſt qui per orationem directe importatur,ſed qui a loquẽte intenditur,qui propter rationabilem cauſam tali locutione vtitur,eo ꝙ res melius ſignificari ſeu clarius explicari non valeat, niſi per exceſſum. Scit tamẽ qui loqtur quouſq; credatur.Hoc
2.Para. 36 modo loquendi ſæpiſſime vtitur ſacra ſcriptura,vt cũ ait Manaſſes:Peccaui ſuper numeꝝ are-
Pſal. 68 næ maris.Et pſalmiſta:Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei qui oderunt me gratis.Si- E
Iudicũ. 20 mili ſenſu ſcriptum eſt in libro Iudicum de habitatoribus Gabaa.ſ.filijs Beniamin,q̃ erant viri fortiſſimi,ita ad certum iaciẽtes fundis lapidem,vt capillum poſſent percutere,& nequaꝗ̃ ictus in alteram partẽ ferretur.Quo aliud nihil ſignatur,niſi ꝙ erant vltra modũ boni fundibularij. Apoſtolus ergo magnitudinem ſui deſiderij,quo Iudæoꝝ optat ſalutẽ plene exprimere nequiens,per hyperbolen ait:Optabam enim egoipſe.i.tam ardenter cõcupiui ſalutem fratrũ meoꝝ Iudęorum,ꝙ hunc affectũ apertius deſignare non poſſum,niſi vt dicam me voluiſſe ſeparari à Chriſto ſecũdum modũ iam tactum.Et,vt probabiliter dicitur, Paulus & Moyſes aliꝗ̃ modo optabant deleri & ſeparari,niſi deus parceret populo,videlicet ſecundũ diſpoſitionem inferioris partis animæ cõparatæ & affectatæ ad proximos ardenti amore,q̃ neſcit menſuram,licet ita non erat in voluntate ſuperiorẽ rationẽ ſequẽte,quemadmodum & ſaluator orauit auferri à ſe
Matth. 26 calicem paſſionis,quem vtiq; ſimpliciter bibere voluit,iuxta illud:Oblatus eſt quia voluit.Hæc
Marci.14 tam prolixe proſecutus ſum,qm̃ multi etiam deuoti ambigere ſolent, q̃uo ꝓinducta verba de-
Eſaiæ.51 beant accipi.¶Sic ergo optaui eẽ anathema à Chriſto pro Iudæis,⌊qui ſunt cognati⌋.i.con-
Infra. 11. ſanguinei,⌊mei ſecundũ carnem⌋.i.generationẽ carnalẽ,cum ſint filij Abrahæ ſicut & ego,&
Phil.3 quidam eoꝝ ſunt de tribu Beniamin vt ego,⌊qui ſunt Iſraelitæ⌋.i.nati de ſemine Iacob,q̃ ab
Gen.32.35 angelo dictus eſt Iſrael,⌊quoꝝ adoptio eſt filioꝝ⌋ hoc ẽ,ad ꝗs pertineret gratia adoptionis fi-
2.Coꝝ.11 liorum dei,ſi vellent cõuerti,& eoꝝ qui ex eis conuerſi ſunt, eſt gratia adoptionis,q̃ excellẽter cõſecuti ſunt eam,vt patet in Apoſtolis,q̃ primitias ſpũs acceperunt,atq; in alijs multis de qui-
Roma.8 bus Iacobus aiebat ad Paulũ:Vides frater quot milia ex Iudæis crediderũt:Vel hoc ideo dici-
Acto.21 tur, quia Iudæi ſpecialiter appellati ſunt filij dei.Vnde loquitur dñs:Filius meus primogenitus F
cti, vacuiq; diſcedunt. Per qd oſtẽditur, quãta ſit vtilitas fidei noſtræ, in qua nõ vni, ſed ſin-
Gala.5 gulis promittit brauium curſus, qd eſt beatitudo æterna. Hunc quippe fidei curſum non
vanitas, ſed veritas, nõ cupiditas facit, ſed charitas, & quo quis velocius currit, eo curſus
eius eſt alijs vtilior. Curſus em̃ iſte eſt amor, q nectit currẽtes, vt bonũ vnius redundet in
aliũ. ⌊ Sic currite ⌋ .i. reuerẽter & fortiter opus dei implete, pſeueranter atq; ardẽter deo
Pſalm.118 ſeruite, vt cũ Pſalmiſta dicatis: Viã mãdato2 tuo2 cucurri. Vt em̃ ait ſaluator: Nemo po-
Lucæ.9 nens manũ ſuã ad aratrũ & reſpiciens retro, aptus eſt regno dei, ⌊ vt cõprehẽdatis ⌋ .i. vt
pmiũ ſupnæ felicitatis mereamini adipiſci. Qd aũt ita currẽdũ ſit, manifeſtat apſus p ſimi
Tobiæ.4 litudinẽ agonizãtiũ .i. certãtiũ in exercitio. ⌊ Oĩs em̃ qui in agone cõtendit ⌋ .i. cũ alio cer
tat, vt fortiat victoriã, ⌊ ab oĩbus ſe abſtinet ⌋ .i. vniuerſa agonizatiõis impedimẽta vitat
& abijcit. Sic oportet nos facere. Vita em̃ pſens agonizatio quædã eſt cõtra aduerſarios
Iob.7 noſtræ ſalutis, ſicut beatus Iob ait: Militia em̃ eſt vita hoĩs ſup terrã. Et iterũ: Homo naſ-
Iob.5 citur ad laborẽ. Quicqd ergo nos impedit à ſtatu ſalutis, abijciamus. ⌊ Et illi quidẽ ⌋ ago
nizãtes ſic faciũt, ⌊ vt corruptibilẽ coronã ⌋ .i. tẽporalẽ mercedẽ ⌊ accipiant. Nos aũt ita E
Roma.13 agamus, ⌊ vt ⌊ incorruptã ⌋ cõſequamur coronã .i. diuinæ eſſentiæ ſempiternã fruitionẽ,
Pſal.20 de q̃ Pſal. Poſuiſti (inqt) in capite eius coronã de lapide ptioſo. Et Petrus in prima ſua ca
nonica: Bñdictus deus, q regenerauit vos in hæreditatẽ incorruptibilẽ, & incõtaminatã,
& immarceſſibilẽ, cõſeruatã in cœlis. ¶ Inſup apſus proponit ſe nobis in exẽplũ, dicẽdo.
1.Petri.1 ⌊ Ego igitur ⌋ .i. qa incorrupta corona ſeruat, ⌊ ſic curro ⌋ .i. per viã mãdato2 & ſemitã
cõſilio2, ad deũ fontẽ viuũ feſtino, nõ importunis motibus corporis, ſed feruidis ſanctæ
Pſal.118 charitatis affectibus. De q̃ curſu ſcriptũ eſt: Qui ſperãt in dño, mutabũt fortitudinẽ, aſſu-
Pſalm.41 ment pẽnas vt aquilæ, currẽt & nõ deficient. Et rurſus alibi: Trahe me poſt te, curremus
Eſaiæ.40 in odorẽ vnguẽto2 tuo2, ⌊ nõ quaſi in incertum ⌋ .i. nõ velut dubius de mercede, nec vt
Cant.1. ignarus de fine, ſcio em̃ cui credidi, & certus ſum, qa potẽs eſt depoſitũ meũ ſeruare. Sic
2.Timo.1. quilibet noſtrũ certus eẽ debet de pmio, certitudine cõditionali, videlicet ſi vſq; in finem
pſeuerauerit. Vnde ſcriptũ eſt: Quieſcat vox tua à fletu, qm̃ erit merces opi tuo. Certitu
Matth.24 do aũt pmij minuit vim flagelli. ⌊ Sic pugno ⌋ cõtra dæmones, mũdũ & carnẽ, ⌊ nõ quaſi
Hierem.3. aerem verberãs ⌋ .i. nõ incaſſum reſiſto, ſed tãgo & vinco aduerſarios iſtos, pugnãs non
verbis nudis, ſed pcibus affectuoſis, & bonis opibus. Sic em̃ pugnauit ppheta, q ait: Per-
Pſal.17 ſequar inimicos meos & cõprehẽdã illos, & nõ cõuertar donec deficiãt. ⌊ Sed caſtigo ⌋ .i.
p abſtinẽtiã, vigilias, & cætera virtutũ exercitia, affligo ⌊ corpus meũ ⌋ reprimẽdo motus
illicitos, ⌊ & in ſeruitutẽ redigo ⌋ .i. rõnis imperio, cultuiq; diuino illud ſubijcio, ⌊ ne forte
cũ alijs pdicauerim ⌋ .i. de bonis agẽdis, & vitijs declinãdis, eos docuerim, ⌊ ipſe reprob9
efficiar ⌋ .i. puerſus, & dãnationi obnoxius, quaſi nõ faciens qd prædico alijs. Cũ ſcriptũ F
Acto 1. ſit: Cœpit Ieſus facere & docere. Qui etiã ait: Quid proficit homo, ſi lucret vniuerſum
Matth.16 mundũ, ſeipſum aũt perdat, & detrimentũ ſui faciat. Alibi quoq; dixit apoſtolus: Qui alium
Roma.2 doces, teipſum nõ doces. Hic redarguuntur inanes & miſeri. Qui qd alios docent, nõ fa-
ciunt. Quod ſecundũ beatum Thomã ſuper quartum ſententia2, eſt mortale peccatum
Hoc em̃ eſt rebus ſeu factis proprijs contradicere & veritati ſcripturæ.

¶ Expoſitio Cap. X. Nolo em̃ vos ignorare fratres. Arti. X.

1.Cor.9 HOrtatus eſt aũt apſus, ad imitãdũ pfectionẽ in fine pcedẽtis cap. exẽplo curren
tiũ & agonizãtiũ, ac ſuꝑpſius. Hic ad idẽ inducit exẽplo Iudæo2, oſtẽdẽs q̃ gra
uiter ſint puniti ingrati ac reprobi. Primo aũt recolit beneficia creatoris, & ait:
⌊ Nolo em̃ ⌋ .i. ideo dixi pinducta, qm̃ nolo ⌊ vos ignorare ⌋ o ⌊ fratres, qm̃ pa-
Gala.3 tres nři ⌋ .i. Iudæi ex Aegypto egreſſi cũ Moſe, q erãt carnales patres apſo2. Omniũ quoq;
Chřiano2 ſpũales qdãmodo patres fuerũt, qm̃ nřæ fidei fundamẽta iecerũt. Quod maxi
me ve2 eſt de ſanctis patrib9, q inter eos extiterãt, quo2 fidẽ, mores & opa imitamur, ⌊ oẽs
ſub nube fuerũt, ⌋ ambulauerũt em̃ ſub nube in die, qm̃ nubes obumbrauit & protexit eos
Exodi 13 cõtra ſolis ardorẽ. Præceſſit tamẽ nubes eos, ſaltem pro aliqua ſui parte, vt viã monſtra-
Eſa.4 ret, vt in Exodo legitur, ⌊ & oẽs mare ⌋ rubrũ ⌊ tranſierũt, ⌋ in quo ſubmerſi ſunt Aegy-
Exodi.14 ptij. Aqua em̃ maris rubri diuiſa ſtetit, ex vtraq; parte tranſeuntium tanq̃ murus, donec
filij Iſrael per mediũ ſicci aluei pertranſiſſent, quemadmodũ in Exodo plenius ſcribitur,
⌊ & omnes in Moſe ⌋ .i. per miniſterium ſeu ducatum Moſi, ⌊ baptizati ⌋ .i. ſpiritualiter
loti ⌊ ſunt ⌋ à nebula ignorantiæ & peccatis, ⌊ in nube, & in mari, ⌋ id eſt, per mirabilia
dei oſtẽſa in nube prædicta & mari rubro. Cũ em̃ filij Iſrael cernerẽt Aegyptios ſe inſe-
quentes

A quētes, desperādo & discredēdo dixerūt ad Mosen: Forsitan nō erāt sepulchra in Aegy-
pto, ideo eduxisti nos vt moreremur in solitudine. Sed cū vidissent φ nubes redijt & ste- Exod.14
tit inter ipsos & Aegyptios, ita vt tota nocte non possent ad inuicē accedere, & φ diuina
virtute mare rubrū diuisum ē, ipsisq; ereptis, aquę redirēt opprimētes exercitū Aegyptio- Ibidem.
rū, interius baptizati sunt à pdictis pctis, iuxta illud: Timuit ppłus dñm & crediderūt dño
& Mosi seruo eius. Vel, baptizati sunt figuraliter tm̄. i. signū baptismatis receperunt. Nu- Exodi.16
bes quippe figurauit grām spūs sancti, mare vero significauit baptismū, ⌊& oēs eādē⌋ spe
cie ⌊escā spūalē⌋ vcȝ māna ⌊mādu cauerūt⌋ Hoc em̄ pane vsi sunt annis q̄dragīta. Quā Deuter.8
uis vero māna fuerat esca corporea corporalr alēs, nūc tn̄ vocat esca spūalis. Primo, qm̄ Iohā.6.
supnaturali potentia generabat, vcȝ diuina virtute, ministerio angelorū, in aere. Propter Psal.77
q̄d dr̄ panis angelorū & panis cœli, vtpote cœli aerei. Secūdo, qm̄ erat figura sacramenti Sapiæ.16
altaris, q̄d spūaliter pascit, ⌊& oēs eundē potū spūalē biberūt⌋. i. aquā de petra manantē, Exodi.17
q̄ erat eadē specie in ore bibētiū. Et dr̄ potus spūalis, qa diuina virtute profluxerit de pe- Deuter.8
tra, sicut nūc subdit. ⌊Bibebāt aūt de spūali⌋ hac aqua. Vel, de spūali petra. i. aquā fluentē Psal.77
de petra, quā Moses virga pcussit, q̄ spūalis vocat propter supnaturalē effectū, & qa figu- Nume.20
rauerat Christū, biberūt ergo de spūali ⌊cōsequēte eos petra⌋. i. satisfaciēdo eorū deside-
rio, aquā copiosam fundēdo. Egressæ em̄ sunt de petra aquæ largissimæ, ita vt biberet po
pulus & iumēta, vt in Num̄. dr̄. Vel, cōsequente eos petra, qa (vt pbabiliter dr̄) filij Israel
tulerūt petrā hāc secū. ¶ Sciendū q̄q;, φ deus bis pduxit filijs Israel aquā de petra. Primo Exodi.17
de petra Oreb, vt patet in Exo. Secūdo, de petra ad aquas cōtradictiōis, vt in Num̄. habet
B ⌊Petra aūt erat Chr̄s⌋ nō essentialr, sed figuratiue. i. Christū figurauit. Sicut de imagine Nume.20
alicuius sancti dicimus, φ sit ille vel ille sanctus. Quēadmodū em̄ de petra illa fluxit aqua,
q̄ potati sunt filij Israel in deserto, ita de latere Chr̄i fluxit sanguis & aqua, qbus potātur Iohan.19
corda fideliū in hoc seculo. De Chr̄o q̄q; emanat aqua sapiæ salutaris, & riui grāæ multifor Iohan.6
mis. Quidā exponūt pdicta solū de bonis Iudæis, q eandē escā spūalē, eundēq; potū spūa
lē sumpserūt nobiscū, videlicet corpus & sanguinē Chr̄i, q̄ spūaliter intellexerūt pfigura-
ti in cibo illo & potu, sicq; spūaliter comederūt, q̄d mādu camus & nos, scdm q̄d dicit Au
gustinus: Crede & mādu casti. Sed huic sensui nō videntur cōsonare sequētia, subdit em̄.
⌊Sed nō in pluribus eorū bñplacitū est deo⌋. i. multi patrū istorū dño displicuerunt. Nō
ergo de bonis dūtaxat fit sermo. ⌊Nā pstrati⌋. i. dira morte occisi ⌊sunt in deserto⌋ deo Nume.16
vlciscēte pctā eorū, vt patet de Chore & Hon, Dathan & Abyron, & decē exploratorib9 Deuter.11.
multisq; alijs. ⌊Hæc aūt in figura facta sunt nr̄i⌋. i. prostratio & reprobatio impiorū Iu- Nume.16
dæorū facta ē, ad psignandū q̄d nos passuri sumus, si deo ingrati fuerimus. Sicut aūt in bo
nis, multo melius ē figuratū q̄ figura, vt regnū cœleste q̄ terra pmissiōis, sic in malis mul
to deterius ē figuratū q̄ figura, vt gehēna q̄ aliqua tpalis punitio. Si ergo tā grauis fuit pu
nitio Iudæorū figuratiua nr̄æ punitiōis, q̄ acerbissima erit punitio nr̄a, si deū negligimus?
Vnde apłus: Irritā qs faciēs legē Mosi, sine vlla miseratiōe duob9 vel tribus testib9 morit Hebr.10
q̄to magis putatis deteriora mereri supplicia, q filiū dei cōculcauerit, & sanguinē testamē
ti pollutū duxerit, & spūi grāæ cōtumeliā fecerit? Hæc itaq; in figura nr̄i facta. i. illata sunt EPIST.
illis, ⌊vt nō simus cōcupiscētes malorū⌋. i. carnales & inordinatas cōcupiscētias fugiam9 Ecci.18
C scdm φ p quendā pcipit sapiētē: Post cōcupiscētias tuas nō eas, ⌊sicut & illi⌋ ingrati ⌊cō Nume.11.
cupierūt⌋ in deserto, dicētes: Quis dabit nobis ad vescēdū carnes? Et alibi: Est ne deus in Exod.17
nobis, an nō? De qbus ait Psal. Tentauerūt deū in cordib9 suis, vt peterēt escas aīabus suis Psalm̄.77
⌊neq; idololatræ efficiamini, sicut quidā ex ipsis⌋ facti sunt, vitulū aureū adorātes ⌊quēad
modū scriptū est⌋ in Exo. ⌊Sedit pp̄lus⌋. i. pars populi ⌊mādu care & bibere⌋. i. ad ves- Exodi.32.
cendū corā simulachro ad eius honorē, ⌊& surrexerūt ludere⌋. i. choros ducere, & ido-
lū adorare, dicētes: Isti sunt dij tui Israel. Quorū vtrūq; puerile & stultū est. ⌊Neq; forni Ibidem
cemur⌋ corporaliter, ⌊sicut q̄dā ex ipsis fornicati sunt⌋ cū mulierib9 Madianitis, ⌊& ce-
ciderūt⌋. i. occisa sunt ⌊vna die vigintitria millia.⌋ In Num̄. dicit, vigintiq̄tuor millia, Nume.25
sed nūerus minor nō excludit maiorē. Occisi sunt āt fornicatores isti, ab alijs filijs Israel,
Mose pcipiente, & ob hāc culpā iussi sunt principes suspēdi. Phinees q̄q; psodit Zābri du Ibidem
cē filiorū Simeonis, & Cosbi filiā nobilissimi principis Madianitarū in locis genitalibus, q̄
facto, cessauit plaga à populo, ⌊neq; tentem9 Christū,⌋ q̄rēdo experimētū sapiæ vel po-
tētiæ eius, ⌊sicut q̄dā eorū tētauerūt⌋ Christū, scdm eius diuinitatē. Tentādo em̄ deū ten
tauerunt quālibet diuinā psonā. Vñ dñs dixit ad Mosen: Tentauerūt me iā p decē vices: Nume.14.
Porro psona Chr̄i æterna est, imo Iesus Chr̄s æternus est, cū sit verus deus, supponit em̄
diuinā psonā. Ad q̄d insinuādū, Iudas ait in sua canonica: Iesus pp̄lm saluās de terra Ae- Iudæ.b
gypti. Scdo eos q nō crediderunt pdidit, ⌊& à serpentib9 perierūt.⌋ Misit em̄ in eos dñs Nume.21.
ignitos serpētes, à qbus occisi sunt multi, donec erectus ē serpēs æneus, ad cui9 aspectū sa- Nume.14.
nabant, vt legit in Num̄. ⌊Neq; murmurraueritis⌋ cōtra supiores aut pximos vr̄os cū in-
crepāt vos, vel aliq̄d aduersitatis accidit vobis, ⌊sicut quidā eorū murmurauerūt⌋ cōtra
[illegible] deum

dcū & Moſen, quēadmodū ſcriptū eſt: Vociferās oīs turba fleuit, & murmurati ſunt con
tra Moſen, dicētes: Vtinā pereamus, & nō inducat nos dn̄s in terram hāc. Vñ ſaluator in D
Matth. 20 euāgelio loquēs Iudæis: Murmuratores (inq) filij murmuratorū, ⌊& perierūt⌋ .i. in deſer
Lucæ.5 to occiſi ſunt, ⌊ab exterminatore⌋ .i. angelo q eos extra fines terræ promiſſionis pcuſſit.
Nume.14 Dixit em̄ dn̄s: Oēs q murmuraſtis cōtra me, no intrabitis terrā hanc, ſed in deſerto iace
Exodi.23 būt cadauera vr̄a. Per angelos em̄ exercuit deus vltiōes ſuas interdū. De hoc extermina
Exodi.33 tore angelo dn̄s ait: Ecce mitto angelū meū qui pcedat te, obſerua eū, qa nō dimittet cū
peccaueris. ⌊Hæc aūt oīa⌋ .ſ. iſta tormēta, ⌊in figura⌋ in typica ſignificatiōe, ⌊cōtinge
bāt illis,⌋ vc; ad ſignificādū, q talia, vel maiora fiēt nobis, ſi peccauerim⁹ ſicut illi, ⌊ſcri
pta ſunt aūt ad correctionē noſtrā,⌋ qtenus exēplo dānatiōis illorū territi, emēdemus vi
Prouer.19 tā noſtrā. Felix em̄ quē faciūt aliena dāna peritū. Propter qd ait ſcriptura: Peſtilēte flagel
lato, ſtult⁹ ſapiētior erit. Itaq; ſcripta ſunt ppter nos, ⌊in qs fines ſeculorū⌋ .i. vltima tpa
mūdanarū gnationū, durationū ſeu viciſſitudinū ⌊deuenerūt.⌋ Peruenit i nos vltima ætas
1.Johan.2 mūdi, de q ait Iohā. Filioli, nouiſſima hora ē. Pręterea aduertēdū, q (iuxta doctrinā diui
ni ac magni Diony.) ſtatus eccleſiæ medius ē inter ſtatū ſynagogæ & ſtatū pr̄iæ. Sicut er
go q gerunt in eccleſia, figura ſunt eorū q agunt in patria, ſic ea q acciderūt in ſynagoga,
figura erāt eorū q fiūt in eccleſia. Imo ſtatus & pplus Iudaicus, figura erāt ſtatus & popu
li Chr̄iani. Idcirco oīa in figura cōtingebāt illis. ⌊Itaq; q ſe exiſtimat ſtare⌋ in deo p cha
ritatē & opa virtuoſa ⌊videat ne cadat⌋ .i. ſolicite caueat, ne peccādo grām pdat. Nemo
Eccles.9 ergo ſecurus ſit, qa in medio laqorū verſamur. Dicit aūt, exiſtimat, qa hō ignorat an di E
Job.9 gnus ſit amore, an odio. Propter qd Iob: Etiā ſi ſimplex (inquit) fuero, hoc ipm ignorabit
aīa mea. ⌊Tētatio vos nō apprehēdat⌋ .i. in vobis nō ſit, ⌊niſi hūana,⌋ q eſt de pc̄tis nō
nimis enormib⁹, nō diabolica. Tētatio vos nō apphēdat .i. nō capiat, nō vincat, nō ad cō
Matth.6. ſenſum inducat, iuxta quē ſenſum oram⁹, Et ne nos inducas in tētationē. Niſi hūana .i. le
1.Johan.1. nis & trāſitoria .ſ. inclinādo ad venialia, ſine qbus agi nō pt hęc fragilis vita. Hoc dicit nō
hortādo, vel licētiā dādo vt venialr peccem⁹, ſed nō prohibēdo qa vitari nō pt. Nā licet
poſſim⁹ vitare ſingula venialia, nō tn̄ oīa ppter fomitis corruptionē & nimiā noſtrā fra
gilitatē. Tētatiōib⁹ ergo mortiferis viril̄r reſiſtam⁹, qd vtiq; deo auxiliāte valem⁹. Subdit
em̄. ⌊Fidelis aūt deus (eſt) q nō patiet vos tētari⌋ .i. impugnari à dęmone vel malis hoīb⁹
⌊ſupra id qd poteſtis⌋ .i. vltra vires. Tūc em̄ nō peccarem⁹ ſi vinceremur, ⌊ſed faciat cū
tētatiōe etiā prouētuū⌋ .i. ſpūalē profectū, dādo grām reſiſtēdi, ⌊vt poſſitis ſuſtinere⌋ .i.
p patiētiā pualere. Tētatio ergo paſſiua nō eſt in ſe mala vel fugiēda, niſi forte impfectis,
1.Timo.2 cū ſit virtutis exercitiū, atq; materia triūphādi. Nullus em̄ coronat, niſi q legitime certa
Jacobi.1 uerit. Nā & Iaco. ait: Oē gaudiū exiſtimate frēs, cū in diuerſas tētatiōes incideritis. Prop
Psal.25 ter qd ait & ppheta regius: Proba me dn̄e, & tēta me. Et Iudith: Qui tētatiōes nō ſuſce
Judith.8 perūt i timore dn̄i & i patiētia exterminati ſunt. ⌊Propter qd⌋ .i. ppter rōnes iā memo
Esaiæ.1. ratas, ⌊chariſſimi mihi, fugite⌋ mēte & corpe, ⌊ab idolorū cultura⌋ q ad diabolicā ptinet
Ezechi.6 tētationē. ⌊Vt prudētib⁹⌋ .i. rōnē actuū hūanorū ſciētib⁹ ⌊loqr.⌋ ¶ Poſt hęc ponit rōnē
fugiēdi idololatriā, vc; qm̄ corpus & ſanguinē Chr̄i accipim⁹. ⌊Vos ipſi iudicate⌋ .i. verū
Matth.26. eē diſcernite, diligēter peſando ⌊qd dico⌋ videlicet. ⌊Calix bn̄dictiōis⌋ .i. cōtentū in ca F
Marc.14 lice, vtpote ſanguis Chr̄i, p quē ſanguinē bn̄dicimur .i. dona grārū cōſeqmur, ⌊cui⌋ cali
Luc.22 ci ſeu ſanguini ⌊bn̄dicim⁹⌋ .i. quē cōſecram⁹, eū p plationē ſacrorū verborū à nobis con
uertit vinū in ſanguinē Chr̄i, ⌊nōne cōicatio ſanguinis Chr̄i eſt?⌋ .i. nōne veraciter ē ſan
guis Chr̄i nobis cōicatus ſeu datus, faciēſq; nos cōionē habere cū Chr̄o, incorporando
nos ei, & faciēdo nos participes meriti ſuæ effuſiōis? Et panis quē frāgim⁹ .i. corp⁹ Chr̄i
cōſecratū ex pane, quē panē cōſecratū, cuius dimēſiones ſeu ſpēs frāgimus, porrigēdo eū
fidelib⁹, ⌊nōne participatio corpis Chr̄i eſt?⌋ .i. nōne vtiq; ē corpus Chr̄i vere acceptū
à nobis, faciēs nos vnū cū Chr̄o? q ait: Qui māducat meā carnē & bibit meū ſanguinē, in
me manet, & ego in eo. ⌊Qm̄ vnus panis⌋ p proprietatē, ⌊& vnū corpus⌋ myſticū vnita
Iohan.6 te fidei, ſpei & charitatis, cuius corpis caput eſt Chr̄s, ⌊multi ſumus,⌋ vc; ⌊oēs q de vno
Ephe.1 pane, & de vno calice participamus⌋ .i. de ſingulari & vero corpe & ſanguine Chr̄i refi
cimur, & ſacramētū tātū digne recipim⁹. Oēs em̄ mutamur in Chr̄m, & p charitatē trāſ
formamur in ipm. Dicimur aūt ſcd̄m typicā rationē vnus panis, vnūq; corpus. Qm̄ ſicut
1.Iohan. 4 panis ex multis granis, & vnū corpus ex multis mēbris cōponitur, ita eccleſia ex multis p
ſonis fideliū, charitate vniente, efficit. Quod aūt fideles p ſacrā cōmunionem participes
Heb.13. ſint corpis & ſanguinis Chr̄i, oſtēdit apl̄us p id qd fiebat in lege. ⌊Videte Iſrael ſcd̄m car
nē⌋ .i. carnalē ppl̄m Iudæorū cōſiderate pro tpe veteris teſt. ⌊Nōne q edunt hoſtias⌋ .i.
Nume.5 ſacerdotes & leuitæ ſacrificia tēpli māducātes, ⌊participes ſunt altaris?⌋ .i. eorū q in alta
Ib.6 ri offerunt? Sunt vtiq;. Ita q ſacramētū eucharistiæ ſumūt, Chriſti participes efficiuntur.
1.Petri.4 ⌊Quid ergo? dico⌋ .i. cū idolorū culturā & eſum ſacrificiorū, q idolis offerunt, prohibeo,
1.Cor.8 quid dicere videor? An hoc ⌊qd idolis immolatū ſit aliqd, aut q idolū ſit aliqd?⌋ Qua
ſi dicat, Hoc nō dico. Dixi em̄ ſupra, q idolū nihil ſit, Nūc tn̄ prohibēdo culturā idolorū

A videor dicere, ꝙ idolū aliquid ſit, ꝙd tñ nō dico. Queadmodū ergo nihil eſt, quantū ad id ꝙd eſſe
putatur, vt dictū eſt plenius: ſic ei nihil offert ſecundū veritatē. Qm̄ idolū nō eſt id, cui idolola-
træ ſacrificare intendūt. Intendūt em̄ ſacrificare rei viuenti, vel imagini rei diuinæ ac viuæ. Ido- 2.Cor.6
lum aūt nō eſt animatū, nec imago rei diuinæ, ſed miſeræ, vel ſaltem rei non colēdæ. Ideo ſubdi
tur. ⌊Sed q̄ immolāt gentes⌋ idololatræ, ⌊dæmonijs immolāt⌋ qui morātur atq; reſpondent
in idolis, qbus & placet immolatio talis, ⌊& non deo⌋ vero, nec dijs propter excellentiam gr̄æ Pſal.95
dictis. Vnde & ſcriptū eſt: Oēs dij gentiū dæmonia. ⌊Nolo aūt vos ſocios fieri dæmonio℞⌋ .i. Apoc.2
nolo vt idolis ſacrificādo, vel idolothyta manducando in veneratione idolo℞, vel cū ſcandalo
fratrū infirmo℞, cōmunionē cū dæmonibus habeatis. Secundū Auguſtinū, ad hoc genus impię
ſocietatis pertinēt cōſultationes & pacta ꝗdā ſignificationū cū dæmonibus fœderata, vt moli-
mina artiū magica℞, aruſpicū & augu℞ atq; ligaturæ & remedia q̄ fiunt in ꝑcantationibus in
quibuſdā notis, vel rebus ſuſpendēdis vel illigādis. ⌊Nō poteſtis calicē dn̄i bibere⌋ .i. ſanguinē 2.Cor.6
Chriſti digne accipere, ⌊& calicē dæmonio℞⌋ .i. libamina idolis immolata, ſecundū modū ex- Leui.17
preſſum. ⌊Nō poteſtis menſæ dn̄i participes eſſe⌋ .i. corpus dn̄i ſalubriter ſumere, ⌊& menſæ 2.Cor.6
dæmonio℞⌋ eſcas idolis immolatas indiſcrete edendo. Tantū eſt dicere, Nō poteſtis deo vni-
ri & dæmoni. Quæ em̄ conuētio luci ad tenebras? ¶ Deinde Aplus in perſona Corinthio℞ lo- 1 Eſdr. 9
quens, vel ſe eis cōnumerās (quō Eſdras & Daniel annumerāt ſe iniuſtis Iudæis, cum orant pro Dani.9
illis) ſubiunxit. ⌊An æmulamur dn̄m⌋ .i. hoc ſequit̄, ꝙ deū ad iracundiā prouocam⁹, & eius glo
riæ inuidemus: idū ad eius iniuriā idolothyta edimus, cum ſcandalo infirmo℞, vel in reuerentia
B idolo℞. Et mi℞, ꝙ hoc agere audeamus. Quia, ⌊nūquid fortiores illo ſumus?⌋ vt poſſimus ei
reſiſtere vel nocere? Vel loquit̄ Aplus in propria & alio℞ prędicato℞ perſona, vt ſit ſenſus, An Iob.36
æmulamur dn̄m .i. nunqd exceſſiue & inordinate pro deo afficimur, & eius honorē defendim⁹,
prohibēdo idololatriā quaſi deo nociuā atq; pęnalē? Quidā em̄ habēt zelū dei, ſed nō ſecūdum Roma.10
ſcientiā. Et probat ꝙ nō, qa nō ſumus fortiores deo, cū ipſe oīpotens ſit, potēs ſuā vlciſci iniu- Gene.17
riam. Idcirco nō oportet nos inordinate zelari pro eo, ſed ordinato affectu hęc dicimus. ⌊Oia
mihi licēt⌋ .i. oēs cibi eſui apti licite à me comedi pn̄t, ꝗtū eſt ex parte cibo℞ & euangelicæ le-
gis, q̄ cibos nō diſcernit nec reprobat, ⌊ſed nō oia⌋ cibaria ⌊expediūt⌋ ſaluti aīę meę. Malū em̄ Roma.14
eſt homini q per offendiculū comedit. ⌊Oia mihi licēt⌋ ſecundū ſenſum pr̄actū, ⌊ſed non oia
ædificāt⌋ proximos. Mādueatio nāq; idolothyto℞ ſcādalizat infirmos. ⌊Nemo ꝙd ſuum eſt
ꝗrat⌋ .i. priuatū bonū & propriū cōmodū tantū, ⌊ſed ꝙd alterius⌋ .i. bonū cōmune, ſeu bonum
diuinū finalr̄. Ordinatio tñ charitatis reqrit, vt vnuſqſq; ſibijpſi primo prouideat in neceſſarijs
propriāq; in primis operet̄ ſalutē. Qui em̄ ſibi nequā eſt, cui bonus erit? ⌊Oē ꝙd in macello Lucæ.10.
venit⌋ .i. venundat̄, ⌊māducate⌋ ſi placet, & ſpeciale nihil impediat. ſ. votū ſeu profeſſio, ⌊nihil Eccl.14.
interrogātes⌋ de eſca illa venali quō ſit adducta, vel q̄ fine vendat̄. Et hoc ⌊ꝑpter conſciam⌋
infirmi aſtātis, ne oriat̄ ei occaſio ſcādali, ſi viderit te māducare, ꝙd pro idololatria exercēda ve
nale proponit̄. ⌊Dn̄i em̄ eſt terra & plenitudo eius⌋ .i. oīa iſta q̄ verſant̄ in terra, dei ſunt tanq̄ Pſal.23
C creatoris, ideo mūda ſunt & comedi poſſunt, ſi apta ſint cōplexioni humanę. ⌊Si qs vocat vos Acto℞.10.
infideliū ad cęnā⌋ ſeu prādiū, ⌊& vultis ire, omne⌋ alimentū ⌊ꝙd vobis apponit̄⌋ ab infideli
hoſpite ⌊māducate⌋ ſi nō ſponte obligaſtis vos ad aliquā abſtinētiā ſpecialē propter dei amo-
rem, ⌊nihil interrogātes⌋ de q̄litate cibi, an ſit idolis immolatus, an non, ⌊propter conſciām⌋
infirmo℞ ꝓſeruādā à ſcādalo. ⌊Si qs aūt dixerit, hoc immolatū eſt idolis, nolite māducare, ꝑ- Roma.14
pter illū q indicauit⌋ hoc eſſe idolothytū, ne arbitret̄ te illud māducare ſub idoli veneratiōe. Et
ſi infidelis eſt, glorier̄ in ſua ſupſtitione, & cōfirmet̄ in ſuo errore, vidēs te libēter accipere ſacri-
ficia idolo℞, ⌊& ꝑpter cōſciam⌋ cuſtodiēdā à vitio. ⌊Cōſciam aūt dico nō tuā⌋ o frater do-
cte, q ſcis oīa mūda eē & licita, ⌊ſed alterius⌋ puta infirmi, ne ſcādalizet̄. Cauēdus eſt itaq; eſus
idolothyti ad vitandū malū infirmi. Cuius rō ſubdit̄. ⌊Vt qd em̄ libertas mea⌋ .i. comeſtio ſeu
ptās mea libera, q̄tum ad vſum cibo℞ ⌊iudicatur⌋ .i. reprehēditur & pœna digna efficit̄, ⌊ab
aliena conſcia⌋ .i. à cōſcientia infirmi, q ſcādalizat̄ in mea libertate: & ita cū pc̄tō facio, ꝙd alias
ſine pc̄tō licite facerē. Ne ergo dānabilis fiam, vitādū eſt idolothytū corā infirmo in fide. ⌊Si
ego cū gr̄a⌋ .i. grās referēs deo, ⌊ꝑcipio⌋ .i. cibū recipio, ⌊qd blaſphemor?⌋ .i. cur ſic ago vt
ab infirmis ac imperitis dicar idololatriā colere māducādo idolothyta, ⌊pro eo ꝙ grās ago?⌋ 1.Timot.4.
.i. cū ego nō comedā illud in idolo℞ honorē, ſed cū gr̄a℞ actione. Ne ergo ita blaſphemer, nō Coloſſ.3
debeo idolothytis veſci corā imperitis. ¶ Ex his infert aplus ſaluberrimū documētū. ⌊Siue er-
go manducatis, ſiue bibitis, vel aliud qd facitis⌋ in exercitatiōe corpali aut ſpūali ⌊oīa in gl̄am
dei facite⌋ .i. ad dei honorē finalr̄ ordinate, eiuſq; laudē & glorificationē ſemp intendite, actu
vel habitu, videlicet vt poſſitis eius venerationi, dilectiōi & contēplationi inſiſtere. Oia quippe Prouer.16
propter ſeipſm operatus eſt dn̄s, & glorificātes ſe glorificat. Vnde ſicut oīa bona fontalr̄ ab eo Prouer.8
profluxerūt: ita ad eius honorē, laudē & gloriā ſunt referēda. Propter ꝙd ait propheta: Nō no- 1.Reg.2
bis dn̄e nō nobis, ſed nomini tuo da gloriā. Hoc eſt ergo documentū q̄tum ad deū. Quod qui Pſal.113.
implet, in omni actu, imo & dormiendo meret̄, ſaltē propter ꝑcedentē ſpūalem intentionem.

Dormit eñi vt vigilare valeat in diuinis.⌊Deinde ponitur documentum q̃tum ad proximos. D
Iacobi.3. ⌊Sine offensione estote Iudæis⌋in Iudaismo manẽtibus,⌊& gẽtib⁹⌋ vt sic alliciant ad fidem,
nec detur eis occasio blasphemandi,⌊& ecclesiæ dei⌋ maxime q̃tum ad pusillos, vt neminem
offendatis,dũmodo licite fieri possit,⌊sicut & ego p oĩa⌋.i.in cũctis factis & verbis meis,⌊oĩ-
Galat.1 bus placeo.⌋Huic videt cõtrariũ,q̃d alibi dicit aplus:Si hoĩbus placerẽ,Christi seruus nõ eẽm.
Psal.52. Cui cõsonat & illud in psal.Deus dissipauit ossa eoꝝ,q hominib⁹ placent,confusi sunt,qm̃ deus
spreuit eos.Et respondendũ,q̃d istæ authoritates loquunt de hominibus, q̃tum ad cõmunem
Gene.8. & solitã imperfectionẽ eoꝝ,secundũ quam sensus & cogitatio cordis humani proni sunt in ma
1.Cor.1 lum.Iuxta quẽ modũ dictũ est ante:Cũ vnus dicit,ego quidẽ sum Pauli:alius,ego aũt Apollo,
nonne hoĩes estis?Nũc vero loquit apostolus de hoĩbus secundũ verã & plenã pfectionem ip
Roma.15 sorum,inquantũ sunt rationales,rationis iudiciũ assequentes,vt sit sensus:Oĩbus placeo.i.cũ-
ctis hominibus rationabiliter agentibus,q rectæ rõnis sequunt censuram.Cur aũt istis placeat,
subditur:⌊Non q̃rens q̃d mihi vtile est⌋tantũ,vel non sub ea ratione qua mihi vtile est,⌊sed
q̃d multis⌋ Quærebat eñi apostolus cõuersionem,& spiritualem locupletationẽ vniuersorum,
⌊vt salui fiant⌋.i.sortiendo vitam æternam,quæ est beatitudo nostra atq; saluatio.

¶Expositio cap.XI.s.Imitatores mei estote. Art. XI.

Roma.14 MOdo hortatus est Apostolus Corinthios,vt oĩa sua ad dei gloriã ordinẽt,nulliq;
hominũ offendiculũ præbeãt.Vt ergo hoc agant,proponit seipm̃ eis in exemplũ.
De alijs q̃q; diuersis materijs,documẽtis, & notabilibus tractat in p̃senti capitulo, E
2.Thess.3. sicut patebit.Ait enim.⌊Imitatores mei estote⌋ credẽdo,sperãdo,amando & ope
eando,⌊sicut & ego Chr̃i⌋ imitator sum,eius testimonijs credẽdo,eius consilijs acquiescendo,
eius p̃ceptis obtẽperando.⌊Laudo aũt vos fratres⌋ de hoc.s.⌊q per oĩa⌋.i.perfecte & in om
bus,⌊mei memores estis⌋recolendo verba & opera mea,⌊& sicut tradidi vobis p̃cepta mea⌋
ita⌊tenetis⌋.i.impletis ea.Si hoc referat ad pfectiores inter Corinthios,de q̃bus iam dixit a-
1.Cor.1 postolus:Gratias ago deo,q in oĩbus diuites facti estis in illo.Et item:Si mundus iudicabit in
vobis,&c.tũc intelligendũ est assertiue dictũ.Si vero referat ad infirmos & imperfectos,de q-
bus cõsequenter dicet,intelligendũ erit ironice.i.à sensu cõtrario.Et ita exponit glossator.Co-
rinthij eñi obliti erãt apostolicæ authoritatis Pauli,nec eius p̃cepta seu monita seruauerũt,pro-
pter cõtentionẽ suã ad inuicẽ.Vnde nũc quasi nouiter proponit eis documẽta & iussa,dicẽdo.
Ephe.5 ⌊Volo aũt vos scire,q omni viri caput est Chr̃s⌋.i.principiũ influxiuũ & effectiuũ,⌊caput
aũt⌋.i.principiũ rector,& dñs,⌊mulieris est vir⌋ q a de costa viri fœmina facta est.Cui dicit:
Gene.2. Sub viri potestate eris,& ipse dñabitur tui,⌊caput vero⌋.i.fontale principium ⌊Christi⌋ est
Gene.3. ⌊deus⌋ vt autẽ hæc plenius intelligant,pensandũ est,q Chr̃s secundũ vtrãq; naturã caput est
omniũ electoꝝ,etiã angeloꝝ.Quia vt deus,creator est omnium,& vnus cũ patre dator omnis
Iohan.5 perfectiõis & gratiæ.Quæcũq; eñi facit pater,hæc & filius similiter facit.Sed vt hõ,dicit caput
oĩs viri,ad similitudinẽ capitis naturalis.Primo,rõne suæ perfectionis.Sicut eñi in capite vi- F
gent oẽs sensus,in mẽbris vero reliquis nõ inuenit nisi tactus:sic in Chr̃o erat plenitudo omniũ
Iohã.1. gratiaꝝ,in alijs vero est gra ti particularis.Propter q̃d dicit Iohãnes:Nõ ad mensurã dat deus
Galat.4. spm̃.s.homini Christo.Secundo rõne suæ excellẽtiæ,q a vt caput eminet mẽbris,sic Chr̃s ele
ctis.Prælatus est eñi angelis atq; hominibus.Tertio,rõne suæ influentiæ,quẽadmodum rñi ca
put influit mẽbris vitã & motũ naturalẽ,sic Chr̃s influit nobis vitã & motũ supnaturalẽ.Dicit
Iohan.3 enim Iohannes:De plenitudine eius accepimus oẽs.Chr̃s aũt vt deus, influit authoritatiue:sed
Iohan.11 vt hõ,influit sicut instrumentũ deitati hypostaticæ copulatũ in verbo.Quarto,rõne cõnatura-
Ephe.4.5 litatis.Sicut eñi caput cõnaturale est mẽbris,sic Chr̃s hoĩbus,q̃ꝝ naturã assumpsit.Porro per
hoc q dicit Chr̃s caput viri,& vir caput mulieris,nõ est intelligendũ,q Chr̃s non sit caput
mulieris(est enim vtroq; modo caput mulieris,sicut & viri)sed hæc p quandã coaptationem
& cõuenientiã intelligẽda sunt,qm̃ magis cõuenit vir cũ Christo,q̃ mulier.Deus aũt pater di-
citur caput.i.generatiuũ principium Christi,secundũ eius diuinitatẽ.Sed deus trinitas est caput
.i.causa,rector & dñs Christi,secundum assumptã humanitatem.Videtur tamen satis impro-
Iohan.1. prie pater dici caput Christi,secundũ eius diuinitatẽ,cum nõ sit perfectior, dignior vel excellẽ-
1.Iohan.4 tior vnigenito filio suo.⌊Omnis vir orans aut prophetãs⌋.i.scripturas diuinitus reuelatas a-
Ibidem. lijs referans,⌊velato⌋.i.cooperto⌊capite deturpat caput suũ⌋.i.incõuenienter se habet circa
capitis dispositionẽ,talesq; actus indecenter exercet.Intelligendum est de oratione & prophe
tatione publica & solenni,non priuata atq; secreta.Sicut cũ aliquis orat in persona ecclesiæ, vel
in ecclesia scripturas solẽniter recitat,vt legens euãgelium siue epistolam.Velamen nãq; est si-
gnum subiectionis.Cũ ergo vir nõ sit sub fœmina,sed immediate sub deo,nõ debet capite ve-
33.q.5.ca. lato actus exercere p̃dictos.⌊Omnis aũt mulier orans⌋deum⌊aut prophetans⌋modo p̃dicto
hæc imago ⌊non velato capite,deturpat caput suũ⌋.i.inhoneste se habet.Quãuis aũt apostolus nõ pmisit
1.Timo.2. mulierẽ docere(q̃d hic vocat prophetare)videlicet publice & solenniter coram omni multitu-
dine,non tamẽ prohibuit mulieres docere in suis conuentibus.⌊Vnum est eñi⌋.i.tã indecẽs
est mu-

A est mulierem orare aut prophetare capite non velato, ⌊ac si decaluetur⌋ id est, crines ei abscindantur omnino. ⌊Nā si nō velatur mulier⌋ .i. si artificiale velamen ferre cōtemnit, ⌊& tondeatur⌋ .i. in gyro radatur, & naturale velamen abijciat. Quasi dicat: Alterū fieri est necesse, videlicet, vt si non velit velari, decaluet aut tondeatur, quorū vtrūq; mulieres abhorrent. Ratio autem velatiōis mulierū est, q͞a subiectæ sunt viris, & q͞a inter Christū & eas mediant viri. Veruntamen sanctimoniales tondētur, q͞m Christo immediate desponsantur, atq; à viri subiectione eripiuntur. ⌊Si⌋ pro quia ⌊vero turpe est mulieri⌋ secundū communē legē, ⌊tonderi aut decaluari, velet caput suū,⌋ in signum p̄dictæ subiectionis ac mediationis. ⌊Vir quidē non debet velare caput suum⌋ dum orat aut prophetat modo p̄dicto. Vel simpliciter nō debet velare caput suum, velamine totum caput obuoluente. Quo antiquitus vtebantur aliqui viri, q̄d est pene simile velamini mulierū. De tali enim velamine exponit glossa hunc locum, ⌊q͞m imago & gloria est dei⌋ imago dei attenditur in homine, vel quātum ad essentialia, atq; interna hominis. s. penes vires naturales, quæ sunt memoria, intellectus, volūtas, quibus homo capax est dei, & ita vir & mulier simili modo dicuntur imago & gloria dei, vel potius ad imaginē dei formati. Perfectio quippe specifica cōsistit in indiuisibili, sicut & species numerorū. Secundo attenditur imago dei in homine quantum ad accidentalia, vt sicuti deus ponit res in esse naturali, ita homo ponit eas in esse intelligibili. Et sicut deus est totus in toto vniuerso, & totus in qualibet parte eius, sic anima hominis est tota in toto corpore hominis, & tota in qualibet parte ipsius. Et quantū

33.q.5. ca. mulier. Acto.18 33.q.5 ca. mulier 33.q.5 .ca. hęc imago 33.q.5 .ca. hęc imago C. nec ille 33.q.3

B ad hoc, vir potius appellatur, & est imago & gloria dei, quam mulier. Primo, q͞m sicut ex vno deo omnia profluxerūt, ita ex vno viro nati sumus omnes homines. Item: Quia in viro magis viget ratio quàm in fœmina, & quoniam præest mulieri. Sic aūt videtur apostolus nunc loqui de imagine. Itaq; vir imago imitatiua est dei, q͞a in eo relucet diuina perfectio per modū cuiusdam eminentiæ. Est quoq; gloria dei, hoc est, gloriosum plasma illius, & quia diuinam maiestatem clarius representat. ⌊Mulier autem gloria est viri⌋ hoc est, honorificentia eius, q͞a de costa viri formata, & ei subiecta est. ⌊Nō enim ex muliere formatus est vir⌋ primus. s. Adam ⌊sed mulier⌋ videlicet Eua ⌊ex viro⌋ formata est. Vnde Adam. Hæc, inquit, vocabitur virago, quia de viro sumpta est. ¶ Adhuc autem probat apostolus, q͞p mulier sit gloria viri, quia propter virū producta est. ⌊Etenim non est creatus vir propter mulierem⌋ .i. in subsidium Euæ. Nam ante eam creatus est, ⌊sed mulier⌋ prima ⌊propter virum⌋ prothoplastum, id est, in adiutorium Adæ producta est. Iuxta illud: Faciamus ei adiutoriū simile sibi. Sic ergo vir est quodammodo finis mulieris & dignior ea, ita quod eius perfectio representatur in fœmina, sicut perfectio dei representatur in viro. Aduertendum est quoq; q͞p gloria distingui potest in gloriam glorificātem & glorificatam. Loquendo ergo de gloria glorificante, deus est gloria viri, & etiam mulieris. Iuxta illud: Tu aūt domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. Sic q̄q; vir dici potest gloria mulieris, potius quàm econtrario. Est enim rector atq; perfectio eius. Pro

Gene.1 Gene.2 Gene.2 Gene.2 Psal.3

C pter quod ait Archiapostolus in prima sua canonica: Viri similiter cohabitantes secundū scientiam, infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanq̄ & cohæredibus gratiæ. ¶ Insuper ponit apostolus, aliam rationem velationis mulierum ⌊Ideo⌋ .s. quia propter virum creata est, ⌊debet mulier velamen habere super caput suum, & propter angelos⌋ .i. propter reuerentiam angelorum (qui frequenter nobiscum sunt) in quorū conspectu velanda est mulier sicut & coram deo, vt profiteatur vbiq; sui subiectionem. Possunt autem angeli hoc loco intelligi spūs illi cœlestes, de quibus dicitur: In conspectu angelorum psallam tibi. Vel, sacerdotes, qui angeli nominātur. Primo, propter ampliorem scientiam diuinorū. Secundo, propter annūtiationem mandatorū cœlestium. Tertio, propter munditiam castitatis. Quarto, propter custodiam dn̄ici gregis. Verior aūt ratio est, quæ ex verbis Dionysii sumitur. Infimum enim superioris ordinis, & supremū ordinis inferioris, magnam habent conuenientiam in natura & nomine. Vnde angeli primæ Hierarchiæ à calore amoris nomē sortiti sunt, q͞m Cherubin nūcupantur, eo q͞p immediate sequātur spiritū sanctum, qui est amor & ignis. Quoniam ergo angelus, stricte loquendo, proprium nomen est spirituum infimi chori, sacerdotes qui supremi sunt in ecclesiastica hierarchia, angeli dicti sunt. Propter q̄d scriptum est: Labia sacerdotis custodiunt sciētiam, & legē ex ore eius requirēt, q͞a angelus dn̄i exercituum est. Propter hos angelos etiā ideo velandæ sunt mulieres, ne ex earū aspectu prouocentur ad concupiscentiam vitiosam. ¶ Ne autem ex p̄inductis q̄s putet fœminam nō esse viro æqualē quantū ad gratiæ & gloriæ consecutionē adiecit apostolus: ⌊Veruntamen neq; vir sine muliere, neq; mulier sine viro⌋ esse potest in successu generationis humanæ, hoc est, vterq; sexus ad generationem requiritur, ⌊in domino⌋ id est, secundum generationem diuinam, qua deus ex viro & fœmina vniuersos producit, qui etiā virum & fœminam in statu innocentiæ copulauit. Vel hoc loco dicitur, q͞m sexus vterq; in deo est p̄ gratiā vitæ, & gloriā patriæ, ⌊Nā sicut mulier de viro⌋ formata est. s. Eua de latere Adæ, ⌊ita & vir per mulierē⌋ .i. cæteri viri generātur ex mulieribus. ⌊Omnia aūt ex deo⌋ mediate vel immediate prodierunt, quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia.

1.Petri.3 Psalm.90 Psal.137 Malac.2 Acto.2 Malac.2 C. nec illud 33.q.5 Gene.2 Roma.11

 ¶ Dein-

¶Deinceps probat Apostolus mulierē esse velandā tempore orationis, per dictamen natura- D
lis rationis. ⌞Vosipsi iudicate⌟, i. discernite & pēsate ꝗd quæro ⌞decet mulierem nō velatā⌟
C. ē ordo. capite ⌞orare dñm?⌟ ꝓsertim in publico. ⌞Nec ipsa natura docet vos⌟, i. naturalis ratio non
33. q. 5 approbat hoc. Vel, natura, i. dispositio, lex, seu proprietas rerū nō testatur hoc condecens esse.
Mulier em̄ naturaliter verecunda est, & inclinationē naturalē habet ad comā nutriendā, s. vt
Ezech. 44 naturali velamine operiat. Ergo & artificiale velamen addendū est ei. ⌞Quod vir quidē si co-
Nume. 6. mam nutriat, ignominia est illi⌟, i. scādalosum est ei hoc facere. Secundū Ambrosiū dicit hoc
Iudic. 13 secūdum legē, quæ prohibet virū habere comam. Veruntamē Nazarei iubebātur esse comati
seu comā nutrire, sed hoc erat propter mysteriū, s. ad insinuādum, ꝙ in veteri testamento oīa
erant velata, quę in nouo testamēto reuelantur, idcirco prohibitio comæ modo nō obligat. In
aliquibus tamē locis fidelium ignominiosum est viro comam nutrire, qa per hoc reputarentur
effœminati & molles. Apostolus autem loquitur secundum cōgruentiā personarū, locorū, ac tē
porū. ⌞Mulier vero si comā nutriat, gloria est illi⌟, i. laudabile, ⌞qm̄ capilli pro velamine dati
C. ē ordo. sunt ei⌟ Mulieres em̄ naturaliter humidæ & dispositæ sunt, ad capitis comā magis ꝗ̄ viri. Id-
33. q. 5 circo natura dedit eis capillos, pro naturali velamine, maxime qm̄ naturaliter cōpetit mulieri eē
2. Timo. 2 pudoratā, & viro subiectam. ⌞Si qs videtur cōtentiosus esse⌟ cōtradicendo nostræ doctrinæ,
De cō. dis. ⌞Nos talem cōsuetudinem nō habemus⌟ videlicet, vt simus contentiosi. Vnde alibi dicit Apo
2. c. nullus stolus: Noli verbis cōtendere. ⌞Neq; ecclesia dei⌟ habet hanc cōsuetudinem cōtendendi. Vel
sic: Nos talem cōsuetudinem nō habemus, hoc est, ego & cæteri Apostoli, atq; fideles ex Iuda-
ismo cōuersi, nō habemus cōsuetudinem talem in orādo vel prophetādo, qualē iste contentio- E
De cō. dis. sus introducere nititur, s. vt oremus aut prophetemus publice atq; solēniter capite cooperto,
1. c. nullus. vel ꝙ mulier nō veletur, neq; ecclesia dei ex gentibus cōgregata, & à nobis cōuersa habet con-
suetudinem talem, idcirco ista respōsio sufficere debet cōtētioso. Vt em̄ Augustinus affirmat,
Dist. 1. c. cō in his in quibus sacra scriptura nil certū diffinit, consuetudo populi dei, & instituta maiorū, pro
suetudo lege habenda sunt. ⌞Hoc aūt ꝓcipio⌟ obseruari quod dixit de velatione capitis, vel ꝗd dicā de
celebratione dñicæ cœnæ. In quorū vtroq; peccauerūt Corinthij, ideo cōtra cōtentiosos vtitur
Apostolus apostolicæ authoritatis ꝓcepto, ⌞nō laudās⌟ imo vituperās vos, ⌞qa nō in melius,
sed in deterius cōuenitis⌟ quia ad ecclesiā causa cōionis cōuenitis nō ordinate, vt decet, sed in-
fructuose & vitiose. Quod patet: ⌞Primū quidē cōuenientibus vobis in ecclesiā⌟ dei ⌞audeo
scissuras eē⌟, i. dissensiones inter vos pro spūalibus donis. Per hoc insinuatur, ꝙ primū vitium
Coloss. 3. Corinthiorū, tēpore cōuentionis eorū in ecclesiā, erat dissensio, ex qua multa vitia nascebantur.
Ephe. 4 Hæc aūt cōgregatio fidelium corporalis in domo dei, nil prodest sine vnione spūali. Qua oim
Matth. 18. voluntates per charitatē nectūtur, ita, vt eadē velint & eadem nolint. ⌞Et ex parte⌟, i. partim
⌞credo⌟ sic esse. Non em̄ credo in omnibus vobis regnare hæc vitia, sed in aliquibus vestrū.
Nec mirum quod sic credo: ⌞Nam oportet hæreses esse⌟ nō necessitate absoluta, sed condi-
tionali. Iuxta quem modum ait saluator: Necesse est, vt veniant scandala. Vel oportet, id est,
vtile est, nō directe & per se, sed accidenter, quoniam deus ex malo elicit multa bona. ¶Vnde
iam subditur, cur oporteat vel expediat hæreses esse, videlicet, ⌞vt qui probati sunt⌟, i. erudi-
ti, ac stabiles in fide, seu approbati à deo, ⌞manifesti fiant in vobis⌟, i. agnoscantur vere fide- F
les, dum non cedunt erroribus, sed inconcussa mente perseuerant in fide, sic quod discernantur
ab alijs. ¶Præterea, multiplex vtilitas prouenit ecclesiæ occasione hæreticorū, videlicet diligē-
tissima scripturarū elucidatio, patientiæ exercitatio, pfectorū coronatio. Multa em̄ ad fidē spe-
ctantia dum ab hæreticis impugnabātur, cōsiderata sunt subtilius, intellecta pspicacius, ꝓdicata
instātius. Fides quoq; diuersis ac nouis miraculis est firmata. ¶Deinde Apostolus increpat Co
4 dist. qn̄ rinthios de inordinata sumptione eucharistiæ, quam quidā eorū sumpserunt inter prandia, q-
& de cons. dam post prandium, arguentes ex hoc quod Chrūs manducātibus discipulis, benedixit panē,
dis. 2. c. lig eumq; tradidit illis, iam celebrato veteri pascha. ⌞Conuenientibus ergo vobis in vnū⌟ in ec-
EPIST. clesiam causa communionis, ⌞iam non est⌟, i. nō contingit ⌞dominicam cœnam manduca-
do. 44. dis. re⌟, i. eucharistiam sumere, quæ in cœna nouissima fuerat instituta. Hoc dicit Apostolus, pri-
e. qn̄, & de mo, quia nō solū conuenerūt causa cōmunicandi, seu etiā epulandi. Secundo, qa nō licuit eis ta
cōs. dis. 2. c. li modo communicare, qm̄ sacramentū istud à ieiunis dūtaxat sumendū est, exceptis infirmis.
liquido. Ideo subditur: ⌞Vnusquisq; em̄⌟ vestrū scissuras habentiū ⌞suam cœnam⌟, i. propria cibaria,
C. liquido, ⌞præsumit⌟, i. parat & secum fert ad ecclesiā ⌞ad manducandū⌟ in ecclesia ante sumptionē
de cō. dis. 3 sacramēti. ⌞Et alius quidē⌟ ex vobis ⌞esurit⌟, s. pauper qui sibi proprios cibos parare non po
tuit, cui etiā nihil affertis de vestris cibarijs, ⌞alius aūt ebrius est⌟, s. diues qui sibi delicate para
uit. Et qa hæc epulatio derogauit honori ecclesiæ, ꝗ̄ consecrata est deo ad cultū diuinū, non ad
epulandū. Idcirco increpat eos apostolus de hoc ꝗd in ecclesia materiali sine necessitate vesce-
bātur. ⌞Nunqd domos nō habetis ad manducandū & bibendum?⌟ Quasi dicat, imo habetis
Matth. 21 domos in quibus talia fieri decet, potius quàm in tēplo, quod est domus orationis. ⌞Aut eccle-
Luc. 19 siam dei contemnitis?⌟ hoc est, inhonoratis, faciendo in templo quod fieri debet in domo.

Vel ec

A Vel ecclesiam dei.i.congregationem pauperum fidelium cõtemnitis? Vnde subiungit
⌊& cõfunditis eos q nõ habent?⌋ cibaria pretiosa, vel sufficientia.s.pauperes.⌊Quid di
cam vobis?⌋ q tam multum erratis, vt vix inueniam qd vobis dici primum oporteat? Iohan. 10
⌊Laudo vos⌋ in qbusdam bonis quæ agitis, & qm fidem tenetis. ⌊In hoc⌋ quod sic fa EPIST.
citis in ecclesia ⌊nõ laudo⌋ vos. Ego eñi accepi à dño⌋.i.ex diuina reuelatione didici,
⌊quod tradidi vobis⌋.i.qd docui vos de fidei institutiõe, & cultu, seu modo sumptionis De cõ.di.2
huius sacramenti, quod etiã nũc resumo & recito vobis, ⌊qm dñs noster Iesus Chrũs in
qua nocte tradebat⌋.i. vespere noctis qua traditus est, captus, ligatus & multiformiter Matth. 26
cruciatus, ⌊accepit panẽ⌋ triticeum & azymũ (quo tunc vtebãtur Iudæi in esu agni pa- Marc.14
schalis) ⌊& grãs agens⌋ deo patri ⌊fregit⌋ panem iam cõsecratũ, hoc est, spẽs vel dimẽ Lucæ. 22
siones panis, nõ corp' cõsecratũ, ⌊& dixit⌋ discipulis: ⌊Accipite & mãducate⌋ quod tra Iohan.6
do ⌊hoc est corpus meũ⌋ Hæc verba proferẽdo cõsecrauit saluator corpus suũ. Sed an Matth.26
semel, an bis protulit verba hæc, & quãdo protulerit verba, qd etiã demonstret prono-
men hoc, & alia pene innumera circa hunc locum, possunt inqri: quæ, qa, super quartũ
sententiaꝶ copiose habent, omitto, ⌊quod pro vobis tradet⌋.i. pro vestra redemptiõe
morti exponet, à patre, à meipso, à Iuda, à Iudæis, diuersimode tñ, vt dictum est; ⌊Hoc fa
cite⌋.i.cõsecrationem huius sacramẽti cõtinuate. Quod ptinet ad sacerdotes dũtaxat.
Vel, hoc facite.i.corpus meũ accipite atq; comedite, ⌊in meã commemorationẽ⌋.i.ad
memoriã actualẽ eximiæ dilectiõis, ac acerbissimæ passiõis meæ, imo & oim beneficioꝶ Psalm.10.
meoꝶ. Quod ptinet ad oẽs fideles. Hoc prædixisse videt Psalmista cum ait: Memoriã fe
cit mirabiliũ suoꝶ misericors & miserator dñs, escam dedit timẽtibus se. ⌊Sir⌋ sicut de Matth.26
acceptiõe panis iam dictum ẽ, ⌊& calicẽ⌋ cum vino quod erat in calice. Chrũs accepit Marc.14
B & sanguinẽ suum cõsecrauit, ⌊postquã cœnauit⌋ hoc est, agno paschali comesto, ⌊di- Lucæ.22
cens: Hic calix⌋.i.cõtentum in calice isto, vcz sanguis meus, q verbis cõsecratiõis prola-
tis cõtinetur in calice ⌊nouum testamẽtum est⌋.i.nouæ promissiõis stabilimẽtum. In ve
teri eñi testamẽto promittebantur bona temporalia & carnalia. In nouo autẽ cœlestia Iohan.6
& ęterna. Vel, nouum testamẽtum.i.nouæ ac euãgelicæ doctrinæ, seu noui testamẽti cõ
firmatiuus, ⌊in meo sanguine⌋.i.virtute & pretio effusionis sanguinis mei. Per effusio-
nem eñi sanguinis Chri, præparata sunt nobis bona cœlestia, & horũ bonoꝶ promissio
stabilitur in fide, & merito sanguinis Chri. Ipsum quoq; nouum testamẽtum in sanguine
Chri ratificatur. Iuxta illud ad Hebræos: Testamẽtum in mortuis cõfirmatum est, ⌊hoc Hebræ.9
facite⌋.i.calicem istum accipite, & potate, ⌊quotiescũq; sumitis⌋ eum ⌊in meam cõme
morationẽ⌋ sicut dictum fuit de corpore. Sciendũ vero, ꝙ licet corpus & sanguis Chri
dicant plr sacramẽta, sicut cñ orat ecclesia: Purificent nos dñe sacra quæ sumpsimus.s.
propter materialẽ diuersitatẽ specieꝶ, sub qbus cõtinent, formalr tñ sunt vnũ sacramen-
tum, loquẽdo de vnitate perfecta & integrali. Nam ad eundẽ finem & actũ cõpletũ ordi De cõ.di.2
nantur, vcz ad spũalem animæ refectionem, in qua reqritur spũalis cibus, spũalisq; potus. in sacro
Et qa hoc sacramentum cibus est animæ, cibum vero oportet essentialr copulari ciban-
do. Idcirco Chrus in sacramento essentialiter continetur. Sub speciebus autem panis est C. de scrip
C corpus Christi directe, videlicet, vt conuersionis. Sanguis vero anima & deitas sunt ibi tura de c.
ex concomitantia naturali, eo ꝙ non sint separata ab inuicem. Simili modo sub specie vi Di 2 c. iter
ni est sanguis directe, corpus autem anima & diuinitas cõcomitanter. ¶Deinceps Apo rat, de con.
stolus quasi exponens verba Chri immediate prædicta, subiecit: ⌊Quotiescũq; eñi man dist. 2
ducabitis panem hunc⌋ hoc est, corpus Chri, quod dr panis per proprietatem, qm alit.
Vnde, ait Saluator: Ego sum panis viuus. Item, qa sub accidentalibus formis panis cõti Iohan.5
netur, ⌊& calicem⌋.i.contentum in calice sanguinem Chri, ⌊bibetis, mortem dñi⌋.i.
Chri passionem, ⌊annuntiabitis⌋ prædicando, cõmemorãdo vel repræsentãdo, ⌊do- De c.d.2.c
nec veniat⌋ iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem in nouissimo die. Constat iterat, de.c.
ergo, ꝙ vsq; ad finẽ mũdi durabit celebratio huius sacri. ⌊Itaq; qcunq;⌋ celebrans, vel di.2.c.iterũ
à sacerdote accipiens, ⌊manducauerit hunc panem⌋ supsubstantialem, salutarem, cœle De c.di.2.c
stem atq; viuificum, ⌊vel biberit calicem⌋.i.sanguinẽ dñi saluatoris, ⌊indigne⌋.i.nõ in & sancta
statu salutis & grẽ, non reuerenter & deuote, non secũdum institutionem Chri, & ordi Matth.26
nationem ecclesiæ. Requiritur eñi in sumptione, & celebratiõe huius superbeatissimi sa Ca. reuera
cramenti actualis deuotio, saltem pro aliqua parte temporis, qm Chrus præcepit hęc fie de cõ.di.2
ri in commemorationem.i.in actualem memoriam suæ passionis & charitatis. Nec du-
bium, qn loquatur de memoria procedente ex charitate, quæ vtiq; memoria nõ est sine C. si nõ æ
actuali deuotiõe, ⌊reus erit corporis & sanguinis dñi⌋.i.sic cõfundetur, dãnabit, & pu- de cõ.di.2
nietur, ac si Chrm occidisset, eiusq; sanguinẽ effudisset. Non tamẽ intelligẽdum est secun C.qa corp9
dum oĩmodã æqualitatẽ, sed scdm magnã silitudinẽ. ¶Præterea aduertendum, ꝙ digni de cõ.di.2
tas sumendi hoc sacrm attendi potest dupliciter: Vno modo ex parte sumentis, & sic pt C.si nõ sunt
homo digne accedere, quando videlicet nõ est sibi cõscius de peccato mortali, ita vt de de cõ.di.2
præte

præteritis doleat, nec peccare mortalr̃ proponat, imo om̃e mortale firmiter vitare intē- D
dit, faciēs q̃d in se ē, & cum actuali deuotiōe mentē suā disponēs. Secundo, ex parte sum
pti, vc3 sacramenti quod sumitur, cuius tanta est dignitas propter vnitam diuinitatem,
vt nullus viator tantæ valeat esse perfectiōis, vt dignus sit ip̄m accipere. Quatuor autem
cōsideranda sunt in om̄i sacrificio, & maxime in celebratiōe sacramenti altaris. Videlicet
qs offert, vt homo, propriam imperfectionē perpendat, cōfiteatur, & corrigat. Cui of-
fert, vt. s. diuinæ maiestatis dignitas cōsideret, & ita cum om̄i reuerētia accedat. Quid of
fert, vt qualitas sacrificij rite pensetur. Huius autē sacrificij tanta est dignitas, vt nō solum
hoīm, sed etiā angelor̃ lingua enarrando deficiat. Et propter q̃d offertur. Si hæc diligē
ter pensentur, inæstimabilis erit fructus sacrosanctæ cōionis, imo experimentalis, & om̄i
admiratiōe dignissimus. ⌊Probet autē seip̄m homo⌋ hoc est, interiora sua studiose scru-
tetur, discutiat, purget, disponat, ⌊& sic de pane illo edat⌋. i. taliter examinatus & prępa
ratus corpus Chr̄i manducet, ⌊& de calice⌋ sanguinē ⌊bibat⌋ In primitiua nãq3 eccle-
sia dabatur hoc sacramentū sub vtraq3 specie. Sed postea ordinatū est, ne detur populo
sub specie vini, propter periculum effusiōnis. ⌊Qui em̄ manducat⌋ corpus ⌊& bibit⌋
sanguinē Chr̄i ⌊indigne⌋ secundū sensum expositum ⌊iudicium⌋ reprobatiōis. i. meri-
tūm æternæ damnatiōis ⌊sibi mãducat & bibit⌋. i. cōicando acq̃rit, q̃a mortalr̃ peccat,
FINIS. ⌊nō dijudicans⌋. i. nō discernens ⌊corpus⌋ & sanguinē ⌊dn̄i⌋. i. illud accipiens intimo
rate & irreuerenter tanq̃ alium cibū. Ecce q̃ terribilr̃ loq̃tur sanctus Ap̄lus, vt nos ab indi
Iohan. 6 gna cōione cohibeat, Chr̄us vero nō minus terribilr̃ intonat, vt nos ab abstinētia cōio-
nis reuocet, dicēs: Nisi manducaueritis carnē filij hoīs, & biberitis eius sanguinē, nō ha- E
1. Iohan. 1 bebitis vitā in vobis. Quid ergo inter has terribiles cōminationes eligendū atq3 agēdum
Prouer. 24 est misero peccatori? Si em̄ dixerimus, q̃a pctm̄ nō habemus, nosip̄os seducimus, p̄ser-
Lucæ. 19 tim cum iustus septies cadat in die, nisi vt seip̄m cum om̄i humilitate disponat, pro viri-
bus, cōfitēdo, satisfaciēdo, vitā quotidie emendādo, Chr̄i beneficia recolendo, & in sola
m̄ia creatoris integra mēte sperādo. ¶ Deniq3 q̃uis bonum sit, interim ab hoc sacramē
to abstinere ex timore & reuerentia, propter propriam imperfectionē, & periculi gra-
uitatem, melius tñ est quotidie accedere ex feruēti amore & amicabili familiaritate atq3
fiducia. Actus em̄ charitatis dignior ē actu timoris. Optimū vero est talr̃ viuere, vt dign9
sit homo q̃tidie sumere, proficiēdo in vera charitate, & p̄ cōsequēs in om̄i virtute, ac do
no sp̄us sancti. Hoc nãq3 est incessabilr̃ cōicare, loquēdo de sp̄uali cōione, qua Paulus pri
mus heremita quotidie cōicauit, q̃ tamē intra centum circiter annos, hoc sacr̄m sacramē
taliter nunq̃ accepit. ⌊Ideo⌋. i. propter irreuerentem sacramenti sumptionē, ⌊sunt inter
vos multi infirmi⌋ corporali languore ⌊& imbecilles⌋. i. pene cōsumpti longa inualitu-
dine, ⌊& dormiūt multi⌋. i. corporalr̃ moriunt̃ in pœnā huius culpæ. Quēadmodū em̄
in veteri testamēto grauiter etiā in p̄senti puniti sunt q̃ statim post legislationē, legē scri
ptam trāsgressi sunt, (vt patet de duobus filijs Aaron, & hoīe colligēte ligna in die sabba-
Leuit. 10 ti, adoratoribus q̃q3 vituli aurei, q̃ oēs occisi sunt) ita in nouo testamēto statim post euan
Num. 15 gelicę legislationē & cōfirmationē dire p̄cussi sunt trāsgressores euāgelicæ legis, vt p3 de
Exod. 32 Anania & Saphyra, & de excōicatis quos dæmon in primitiua ecclesia corporalr̃ affli-
gebat, vt dictum est supra. Sim̄modo cōicantes indigne in primitiua ecclesia frequenter F
Acto. 5 mox vltionē diuinā perpessi sunt. s. longā languoris molestiā, & interdum etiā corpora-
1. Cor. 5 lem interitum. Talia em̄ fiebant ad legis cōfirmationē, & alior̃ terrorem. Facit aūt deus
tales vltiones interdū, vt agnoscat̃ diuina p̄uidētia & iustitia. Interdū vero, vt cōmēdet
nobis diuina m̄ia. ¶ Deinceps ōndit, q̃uō possumus irā atq3 iudiciū dei euadere. ⌊Quod
visus est⌋ seorsum ⌊Iacobo⌋ minori fratri dñi, primo Hierosolymorū epō. De hac apparitione
non loquitur euangeliū. ⌊Deinde visus est apostolis omnibus⌋ in die ascensionis. ⌊Nouissime Apoca. 14
aūt omniū⌋ prædictorū, videlicet post ascensionē & spūs sancti missionē, ⌊tanq abortiuo, vi-
sus est mihi⌋ proficiscenti Damascū. Abortiuum aūt vocat proles quæ extra debitū cōgruum Acto. 9
tēpus nascitur, vel cum violētia de ventre educitur, vel ad debitā quātitatem nō peruenit. Ideo
propter tria cōparat se apostolus abortiuo. Primo, qm̄ alij apostoli ante missionem paracleti
sunt renati, ipse postea ab Anania. Secūdo, qa cū quadā coactiōe cōuersus est, scilicet p errorem
& minas. Tertio, qa alijs apostolis minor fuit, consideratione vitæ præteritæ, qa persecutus est
Christianos. Ideo subdit: ⌊Ego em̄ sum minimus aplorū.⌋ Nō simpliciter, sed qūm ad aliqd,
vtpote quia vltimo ad apostolatū vocatus est. Hoc modo Iacobus Alphæi frater dñi, dictus ē
minor, respectu Iacobi filij Zebedæi, nō sanctitate aut dignitate, sed quia vocatione posterior.
Itē, minimus sum Apostolorū, rōne præteritorū malorū, ⌊qui nō sum dignus vocari aposto
lus⌋ per respectū ad merita mea pcedentia, ⌊qm̄ persequutus sum ecclesiā dei⌋ viros ac mu
lieres ad iudiciū pertrahēs, qd alij apostoli nunq fecerūt. ⌊Gratia aūt dei⌋ gratū faciēte, & gra Ibidem.
tis data, non proprijs viribus aut meritis, ⌊sum id quod sum⌋ in esse supernaturali & spūali, per
gratiā em̄ gratū facientē habeo esse deiforme, & deo acceptū quoad vltimum finē. Per gratiā
vero gratis datā, sum Apostolus, propheta, doctor, interpres, signorū patrator, ⌊& gratia eius
in me vacua⌋ hoc est, infructuosa, ⌊nō fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui⌋ .i. cunctis
apostolis .s. quolibet eorū seorsum, nō plus omnibus simul acceptis. Nullus em̄ apostolorū tāta
spatia percurrisse, tot populis prædicasse, tot psecutiōes legit pertulisse vt Paulus, nec aliqs eorū

 sic pro-

sic proprijs manibus victũ quęsiuit, vt ipse. ¶Sed ne ista videatur iactãter dixisse, subiecit. ⌊Nõ D
1.Cor.15 aũt ego⌋ sic laboraui propria potestate, vel tanquam principalis causa operum bonorum, ⌊sed gratia
dei mecũ⌋ .s. cooperata & auxiliata est mihi, fuitque principalior causa bonorum, quã ego seu mea
natura. Gratia enim se habet ad liberum arbitriũ, vt sessor ad equũ. ⌊Siue enim ego, siue illi⌋ .i. tam
ego quam cæteri apostoli, ⌊sic prędicauimus⌋ vel Christũ resurrexisse, vel nos per eius gratiã ope-
rari, ⌊& sic credidistis⌋ sicut euangelizauimus vobis. ¶Præterea, ex resurrectione Christi ca-
pitis nostri ostẽdit apostolus generalẽ resurrectionẽ futurã. ⌊Si aũt⌋ .i. quia ⌊Christus prędicat⌋ à ve-
ris apostolis, ⌊quod resurrexit à mortuis, quõ quidã⌋ hęretici ⌊dicũt in vobis⌋ .i. inter vos, ⌊quoniam
resurrectio mortuorum⌋ corporalis & vniuersalis, ⌊nõ est?⌋ credẽdo videlicet futura. ⌊Si aũt re-
surrectio mortuorum nõ est⌋ futura, sequitur quod ⌊neque Christus resurrexit.⌋ Eadem quippe ratio
est de capite, & de mẽbris. ⌊Si aũt Christus nõ resurrexit⌋ veraciter, sed phantastice, sicut dixe-
runt hæretici .s. Marciani & Marchionitæ, qui Christi incarnationẽ dixerũt fuisse phantasticã, quos
sequutus est immũdissimus Manichęus ⌊inanis est⌋ ergo .i. infructuosa, vana & falsa est, ⌊prędi-
catio nostra⌋ quæ asserit Christum resurrexisse. Simili ratione, ⌊inanis est & fides vestra⌋ catholica.
⌊Inuenimur aũt⌋ .i. si ita ẽ, vt dicũt hæretici, nos apostoli eẽ probamur, ⌊&(sumus) falsi testes
dei⌋ hoc ẽ, mendaciter testãtes de deo, ⌊quoniam testimoniũ diximus aduersus deũ⌋ .i. cõtra verita
Math.22 tem, & volũtatem, dei videlicet: ⌊quod suscitauerit Christum⌋ à morte ⌊quẽ nõ suscitauit⌋ .i. quem
Marc.12 sequitur nõ eẽ suscitatũ à deo, ⌊si mortui nõ resurgẽt. Nã si mortui nõ resurgẽt, neque Christus re
surrexit⌋ qui ad hoc incarnatus & passus est, ideoque surrexit, vt nos ad immortalem vitã redu- E
ceret. ⌊Quod si Christus nõ resurrexit, vana est fides vestra⌋ quia non põt vos ad vltimũ finẽ, seu
verã felicitatẽ perducere. ⌊Adhuc enim⌋ .s. post baptismi, ac fidei receptionem, ⌊estis in peccatis
vestris⌋ prętcritis, sicut & ante, secundũ eos qui Christi resurrectionẽ non profitent. Fides etenim vana,
& baptismus falsum representãs, nõ tollunt peccata. Baptismus autẽ Christi sepulturã, ac resur
Roma 6. rectionẽ representat, vt dictũ est ad Romanos. Si ergo Christus nõ resurrexit, fides vestra inanis
est, & baptismus falsa significat. Nõ ergo tollunt vestra peccata per fidẽ atque baptismũ. ⌊Ergo
& qui dormiunt in Christo⌋ .i. in fide Christi defuncti sunt, ⌊perierũt⌋ .i. dãnati sunt, eo quod in fi
de inani & pristinis vitijs sint defuncti. ¶Deinde ponit aliã rationẽ resurrectionis futurę. ⌊Si in
in hac vita tantũ in Christo sperãtes sumus⌋ .i. si solũ cõfidimus per Christũ consequi bona in
hac vita presenti, & nõ potius vitam æternã in anima & corpore, ⌊miserabiliores⌋ .i. infeliciores,
⌊sumus omnibus hominibus⌋ (non Christianis) qui in hac vita pręsenti suis fruuntur delitijs.
Nos vero nec in presenti, nec in futuro gaudebimus, imo tanto miserabiliores essemus, quanto
PEIST. grauiora & plura propter fidẽ & Christum sustineremus. ⌊Nunc aũt⌋ .i. ne prędicta incõuenientia
cõcedãtur, veritas ita se habet, videlicet quod ⌊Christus resurrexit à mortuis⌋ qui est, ⌊primitiæ⌋
.i. primitiuus vel primus, ⌊dormientium⌋ hoc est mortuorum. Qui dormiẽtes dicunt, quoniam Chri
sto iubẽte faciliter & integre quasi de somno reducẽtur ad vitã. Horum dicit Christus primitiæ, quo-
niam primus tẽpore, & propria virtute surrexit, loquẽdo de dormiẽtibus in fine seculi suscitã-
Math.9. dis. Aliqui tamẽ pauci ante Christum surrexerũt, quorum ipsemet tres suscitauit. Vnde de Christo le-
Luc.7. gitur in Apoca. Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum. ⌊Quandoquidẽ per hominem⌋ .s.
Iohan.11 Adam primũ nostrũ parẽtẽ, ⌊mors⌋ naturæ & culpæ ingressa est genus humanũ, propter ori- F
Apoca.1 ginale peccatum illius, ⌊& per hominem⌋ .i. Christum, hoc est, merito passionis eius erit, ⌊resurrectio mor-
Gene.3. tuorum⌋ qui immutabunt. Potentior est enim Christus ad reparandũ quam Adam ad destruendũ. ⌊Et
Sapiæ.11. sicut in Adã⌋ .i. in prçuaricatione Adæ, ⌊oẽs moriuntur⌋ incurrẽdo originale peccatum, & moriẽdi
necessitatẽ eo quod peccatũ illius traducat in posteros, ⌊ita & in Christo⌋ .i. virtute & merito Chri
Iohan.5 sti, ⌊oẽs viuificabũtur⌋ in resurrectione futura, & vitã gloriæ cõsequent oẽs electi, imo meritũ
Christi omnino in se sufficiens est, vt oẽs simpliciter per ipsum beatã resurrectionẽ sortiantur.
¶Porro, quod impij resurgent, nõ erit merito Christi, sed diuina eius virtute. Apostolus aũt nunc
loqui videtur de omnibus electis, qui merito Christi beatã immortalitatẽ adipiscentur, de quibus
Iohan.12. & Christus dixit: Omnia traham ad meipsum. Daniel propheta quoque: Omnes (inquit) populi, tribus
Danie.7 & linguæ seruient ei. ⌊Vnusquisque aũt in suo ordine⌋ .i. in suo gradu & dignitate secundũ exigẽ
FINIS. tiam meritorum suorum resurget, vt apostolus in ordine apostolorum, martyr in ordine martyrum.
¶Deinde exponit hunc ordinẽ. ⌊Primitiæ Christus⌋ hoc est, oĩm resurgentiũ in finali iudicio
primus tempore, & summus dignitate est Christus, qui prior surrexit, vt fidẽ & spem faceret, for
mamque preberet credentibus, ⌊deinde⌋ in fine seculi suscitabuntur, ⌊hi qui sunt Christi⌋ hoc ẽ,
fideles, electi, vtpote ⌊qui in aduentũ eius crediderũt⌋ .i. in Christũ venturũ ad faciendã vni-
1.Thess.4 uersalem remunerationẽ. Isti resurgent Christo posteriores tẽpore, & inferiores dignitate. Re
surgent etiã ante eos qui nõ sunt Christi .i. ante infideles & reprobos, nõ ordine tẽporis, sed di-
Apoc.10. gnitatis. Resurrectio enim erit in momento. ⌊Deinde⌋ .i. resurrectione completa, erit ⌊finis⌋
huius mũdi, quia tunc species generaliũ esse cessabunt, & status mũdi mutabitur. Erit quoque tunc
finis .i. cõsummatio seu plena perfectio electorum, qui tunc in anima & corpore glorificabũtur,
⌊cum⌋ Christus homo tradiderit⌋ hoc est, obtulerit, seu presentauerit, ⌊regnum⌋ militantis ec-

A clesiæ. i. electos, fideles, in qbus Chrūs interim regnat per fidē, regēs eos per grām. Hoc
regnum offeret & p̄sentabit Saluator, ⌊deo & patri⌋. i. patri æterno, tanq̄ elegātissimam
prædam de antiq hostis manu excussam, atq; de vinculis mortis æternæ suo p̄ciosiss mo
sanguine liberatā. Dicit autē Chrus hoc regnū patri sic præsentare, q̄a adducit electos ad
summū cœli palatiū in quo habitat deus pater, ponetq; eos illic in cōspectu p̄ris, nō vt pa
ter incipiat eos inspicere, sed vt ipsi eū per spēm cōtēplari incipiāt, iuxta quē modū ait
Psalmista: Qn̄ veniā & apparebo ante cōspectū dei? Vel sic: Cum Chrūs tradiderit. i. de- Psalm.41
derit regnum p̄dictū patri, vc; vt pater in electis regnet, eosq; regat gubernatiōe cōple- Psal.22
ta, puta p̄ gloriosam fruitionē, & cōfirmationē eo⁊ in bono, quos mō regit gubernatiōe
incōpleta p̄ grām viæ amissibilē, quæ tn̄ imp̄fectio est ex parte nostri, q̄ sæpe peccamus,
nō recte tendētes ad vltimū finē. Viatores enī regunt̄ à deo per hoc q̄d dirigunt̄ in vlti
mum finē, sed hęc gubernatio nō excludit om̄e malum. Comp̄hēsores vero reguntur à
deo per hoc, quod in ip̄o vltimo fine immobilr̄ cōseruant̄. Vt ergo pater hoc mō regnet
in ipsis fidelibus, Chrus dat eos patri. ¶Deniq; dat eos patri, nō quasi nō sint patris, imo
à patre dati sunt Chro. Iuxta illud in Psalmo: Postula à me, & dabo tibi gētes. Et alibi Psal.2
ip̄e Chrs: Om̄e (inq̄t) q̄d dat mihi pater, ad me veniet. Alibi q̄q; aptius loq̄tur patri: Tui Iohan.6
(inquiēs) erāt, & tu mihi eos dedisti. Qūo ergo dat Chrus eos patri, nisi scd̄m manifesta- Iohan.17
tionem? Nunc enī ignorat̄, q̄ amore sint digni, sed tunc Chrus manifestabit, q̄ ad patrē Eccls.9
pertineāt, dicēs electis: Venite benedicti patris mei. Hoc mō & nos damus aliqua deo, Matth.25
prout Dauid testat̄: Tua dn̄e sunt oīa, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Per 1.Para.29
hoc autem, quod Chrus dr̄ tradere regnum deo patri, nō est intelligēdum q̄d tollat, vel
B adimat illud sibi, aut sancto spiritui. Vnaquāq; diuina persona exp̄ssa, singulæ dantur intel
ligi, vbi nō obuiat relatiua distinctio. Itaq; finis erit. ⌊Cum euacuauerit⌋. i. cessare fece-
rit Chrus ⌊oēm principatum, & potestatē, & virtutē⌋ hoc est, vniuersos gradus prælatio
tionum, angelo⁊, dæmonum, & hoīm, q̄a (vt dicit glossa) q̄diu durat hic mundus, ange-
li angelis, dæmones dæmonibus, hoīes hoībus præsunt, ad vtilitatē, vel deceptionē viuē
tium, sed oībus collectis, iam oīs cessabit prælatio, q̄m vltra nō erit necessaria. Ideo hanc
prælationē dr̄ Chrus euacuare, q̄a om̄es suos exaltabit in regno, tantō vnumquēq; subli
mius, quanto iam amplius humiliat̄. Vel: Cum euacuauerit omnē principatum, hoc est,
manifestauerit nullam creatura⁊ habuisse aliq̄d horum nisi à deo. Sed cum ordo angelo
rum in prælatiōe cōsistat, & inter cæteros ordines hi tres cōputent̄, vc; principatus, po-
testates, virtutes, quęri p̄t, qūo angelo⁊ euacuentur prælatio, principatus, potestas, &
virtus. Et r̄ndendum secundum Thomā in prima parte, q̄ in in ordinibus angelo⁊ duo
pensant̄, vc; distinctio seu gradus perfectionum secundum differētiam naturæ & grāæ,
& quantum ad hoc ordines angelo⁊ nunq̄ cessabunt, q̄a natura eorum nō corrumpet̄,
nec grā auferetur. Secundo, cōsideratur in ordinibus angelorum exequutio officiorum.
Hæc autē exequutio post diem iudicij cessabit, secundum q̄d ordinat̄ ad reductionem
hominum ad suum principium creatiuum. Manebit vero prout cōsistit in cōsequutiōe
vltimi finis seu adoptiōe beatificæ fruitiōis, nam actiōes hierarchię manebunt post diem
iudicij in beatis, nō propter nouā influētiā, sed propter cōseruationē perfectiōis influxæ.
C Sicut enī inferiores angeli à sup̄ioribus illustrant̄, sic inferio⁊ cognitio talis à superio⁊ il
luminatiōe depēdet, nō solū quantū ad receptionē, sed etiā quantū ad cōseruationē. Ho
mines q̄q; q̄ angelo⁊ ministerio ad beatitudinē perducunt̄, aliquā illuminationē habe-
bunt per angelo⁊ officia. Hæc est r̄nsio S. Thomæ, quæ licet probabilis sit, authoritatē
tn̄ nō habet secundū aliq̄s, saltē in multis. ¶Porro, de dæmonibus aliq dicunt, q̄ post
diem iudicij nō cruciabūt homines, sed oēs simul tā dæmones, q̄ homines reprobi, vno
igne, nō tn̄ æqualiter punient̄. Quāuis autē cōiter dicāt expositores aliqui, per principa-
tus designari maiores, per potestates vero medios, & p̄ virtutes inferiores, tā in angelis,
q̄ hominibus, & suo mō in dæmonibus, ita q̄d Ap̄lus enumerādo incipit à superioribus,
Documentis tn̄ diuini & magni Dionysii potius cōsonare videtur, vt dicamus opposito
mō, ita q̄ enumeratio Ap̄li incepit ab inferiori, vc; à principatibus, p̄ quos intelligunt̄ in
feriores, per p̄tātes, medij: per virtutes autē, superiores. Dionysius enī in libro de princi
patu angelico ponit virtutes an̄ p̄tātes ac principat⁹. Nā principatus ponit in summo or
dine infimæ hierarchiæ, p̄tātes vero in infimo ordine secundæ hierarchiæ, virtutes autē
in medio ordine huius hierarchiæ. ⌊Oportet aūt⌋ vt impleant̄ scripturæ, ⌊illum⌋ vc;
Chrm ⌊regnare⌋ iā p̄ fidē in ecclesia militāte. Iuxta illud: Dabit illi dn̄s deus sedē Dauid Lucæ.1
p̄ris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, ⌊donec ponat⌋ ip̄e Chrus diuina sua vir
tute ⌊oēs inimicos⌋. i. aduersarios suos incredulos & p̄uersos ⌊sub pedib⁹ ei⁹⌋. i. sub suæ
p̄tātis plenaria subiectiōe, q̄d erit in die iudicij, q̄n implebit̄ illud p̄pheticū: Ad eū veni- Elaiæ.43
ent, & cōfundēt oēs q̄ repugnāt ei. Interim ergo durabit stat⁹ ecclesiæ, & regimē Chri in
ea. Hæc dictio, donec, sumit̄ hic inclusiue nō exclusiue. Non enī Chrus regnare cessabit,
tum

cum fuerint sibi om̃es subiecti, sed si interim regnat, certius est quod postmodũ regna- D
Psalm̃.70 bit. Sic̃ modo sumit in Psalmo, cum dr̃: Deus ne derelinquas me, donec annuntiem brachi
um tuũ. ⌊Nouissime autẽ⌋ qñ vz in die nouissimo mortale hoc induerit immortalitatẽ,
Psalm.8 ⌊inimica destruet mors⌋. i. mors quã naturalr̃ abhorremus, & quę nr̃æ vitę aduersatur.
Hebræo.2 ¶Qđ aũt Chrũs ponet inimicos oẽs sub pedibus, hunc cõstat. ⌊Oĩa eñ⌋ cœlestia, terre
Matth.28 stria, & infernalia ⌊subiecit⌋ pater ⌊sub pedibus eius⌋. s. Chr̃i. Vnde ipe ait: Data est mi
hi oĩs ptãs in cęlo & in terra. ⌊Cum aũt dicat⌋ scriptura, ⌊oĩa subiecta sunt ei⌋. s. Chr̃o
à patre, intelligẽdum est hoc, ⌊sine dubio preter eũ⌋. i. ꝑter patrẽ, ⌊q subiecit ei oĩa⌋. s.
Psal. 81 Chr̃o. ⌊Cũ autẽ subiecta fuerint illi⌋. i. Chr̃o ⌊oĩa⌋ qñ vz oẽs aduersarij eius fuerint ei
Deut.10 plene subiecti, & cunctis fidelibus & infidelibus manifestatũ fuerit Chr̃m dñm esse vni-
uersorũ, qñ peruersi p experientiã suæ dãnatiõis sciẽt Chr̃m esse dñm oĩm, ⌊tunc ipe filius
subiectus erit ei⌋. i. patri, ⌊q sibi⌋. i. filio ⌊subiecit oĩa⌋ creata. Erit autẽ Chrũs scđm for
mã serui patri subiectus, nõ quod mõ nõ sit subiectus, sed qa tunc cũ corpe suo mystico
manifestabit, subditus patri corã vniuersis electis, ⌊vt sit deus⌋ pater, vel Chrũs scđm di
uinã naturã, ⌊oĩa⌋ causalr̃, obiectiue seu fruitiue ⌊in oĩbus⌋ comprehẽsoribus. Quicqđ
eñ amari possit vel appeti, habẽt in deo, & deus est cã totius beatitudinis electorũ, q ni-
Lucę.10 hil quęrũt aut diligũt nisi deũ, & alia in deo propter deũ, & scđm deũ. Deus quippe est vnũ
Roma.5 illud, qđ solũ necessariũ est, in q ẽ oĩm bonorũ ac pulchrorũ ac desiderabiliũ plenitudo im
mensa, q solus quietat rõnalis creaturę affectũ. ¶Preterea, redit Apl̃us ad probandũ ge
nerale resurrectionẽ futurã. ⌊Alioqn⌋. i. si mortui nõ resurgẽt, ⌊qđ facient q baptizant⌋ E
hoc ẽ, lachrymis pœniæ seu aqs afflictionũ ꝑfundunt ⌊pro mortuis⌋. i. pro remissione
2.Mach.12 pctõrũ mortuis impẽdenda, ⌊si oĩno mortui nõ resurgunt?⌋ Q. d. inanis esset labor eorũ,
sicut habet de Iuda: Quod nisi eos q ceciderãt resurrecturos speraret, sup̃fluũ videret, &
vanũ orare ꝑ mortuis. Sed posset qs instare & dicere, qđ licet corpa resuscitãda nõ essent
aniæ tñ ꝑmio donarent, sicut & nũc ante resurrectionẽ. Piũ ergo & vtile esset pro defun
ctis, hoc mõ baptizari ac depcari ꝓpter aĩas liberãdas de pœnis, q̃uis corpa nunq̃ resur-
gerẽt. Et dicendũ, ꝙ tũc nõ esset tã vtile sicuti modo. ⌊Vt qđ baptizant⌋ viui, iuxta sen
sum ꝑdictũ ⌊pro illis⌋ defunctis? Est ergo baptismus afflictiõis, de qua in Euãgelio dicit
Lucæ.12 Saluator: Ego baptismo habeo baptizari. Vel sic: Quid facient q baptizant, pro mortuis?
.i. pro peccatis suis delẽdis, vel seipsis spũalitẽ mortificãdis, ad silr̃tudinẽ mortis dñi Sal
Roma.6 uatoris? Q. d. Inaniter baptizant cũ nõ sint vitã habituri. ⌊Vt qđ⌋. i. q̊ fructu, ⌊& nos⌋
Apl̃i, ꝑdicatores & martyres Chr̃i ⌊periclitamur⌋. i. pericula patimur, imo & mortifica
mur, vel ad supplicia ducimur ⌊oñi hora⌋. i. assidue? ⌊Quotidie eñ morior⌋. i. grauri-
bus tribulatiõibus afficior, & hoc verũ eẽ iuro ⌊p gloriã vestrã frẽs⌋. i. p beatitudinẽ vo
bis paratã in cœlo. Vel, ꝓpter gloriã vestrã. i. ad hoc vt vos gloriã mereamini sempiter
nam, ⌊quã habeo⌋ p certissimã expectationẽ, & propinquã potẽtiã. ⌊In Chr̃o Iesu dño
nostro⌋. i. virtute & gr̃a, ac merito Chr̃i, vel per contemplationem ipsius.

¶Prosequutio explanatiõis huius capl̃i, ab eo loco: Si scđm hoiem ad bestias pugnaui Ephesi. Articulus decimussextus.

RVrsus ondit Apl̃us resurrectionẽ futurã, qm̃ aliàs infructuosa fuisset disputatio
sua contra infideles. Ait eñ: ⌊Si scđm hoiem. i. scđm rõnis processum ⌊ad be- F
stias⌋. i. cõtra hoies bestiales, resurrectionẽ negãtes ⌊pugnaui⌋. i. acriter dispu
taui ⌊Ephesi⌋. i. in ciuitate Ephesina (Sumit autẽ, si, pro qa) ⌊Quid mihi pro-
dest?⌋ disputatio illa, ⌊si mortui nõ resurgũt?⌋ Imo si mortui nõ resurgũt. ⌊Mãduce-
mus & bibamus⌋. i. gulæ voluptatibꝰ insistamus ⌊cras eñ⌋ hoc ẽ in breui ⌊moriemur⌋
& nulla erit tribulatio alia. Hoc de Esaia sumptũ est, qđ illic dr̃ in ꝑsona desperãtiũ Iudęo
Esaiæ.22 rum, & cõuenit in hos q nõ putãt vitã post hãc vitã, ꝓpter qđ voluptatibus se exponũt,
vt pecora. In quorũ ꝑsona dicit Sapiẽs: Vmbræ trãsitus est tp̃s nr̃m, & post hoc erimus
Sapiæ.2 tanq̃ nõ fuerimus. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt. Sed ne talibus credamus mo-
net Apl̃us: ⌊Nolite seduci⌋. i. nõ permittatis vos ab aliquo decipi. ⌊Corrũpunt eñ mo
res bonos⌋ hoc ẽ, actus morales seu habitus virtuosos, ⌊colloquia mala⌋ maxime hære
Ephe.5 ticorũ atq; carnaliũ. ⌊Euigilate iusti⌋ a summo pigritiæ, & estote soliciti, ⌊& nolite pec-
care. Ignorãtiã eñ dei qdã habẽt⌋ hoc ẽ, diuina scĩa, puta notitiæ fidei diuinitus reuela-
tæ aliq carẽt. Illi. s. q negãt resurrectionẽ futurã. ⌊Ad reuerentiam⌋. i. ad verecundiam
⌊vobis loquor⌋ vt erubescatis de hoc quod inter vos est error de resurrectiõe mortuorũ.
Nam & error atq; defectus inferiorũ redundat, & cedit in cõfusionẽ superiorũ. Vnde ve
recundum est iustis & doctis, ꝑsertim ꝑlatis, quod inferiorũ errores & vitia nõ extirpãt.
¶Deinde ondit resurrectio mortuorũ possibilis p exempla naturæ, ponitq; verba ꝑfido-
rum, subiungẽs: ⌊Sed dicit⌋ infidelr̃ interrogãdo, ⌊aliqs⌋ ignorãs deum. ⌊Quomõ⌋. i.
quo ordine, qua virtute, quo mõ & specie ⌊resurgũt mortui, quali aũt corpe venient⌋. i. &
resurgẽt, quale corpus habebunt, redeundo ad vitã corporeã. s. mortale an immortale?
Huic

A Huic rñdet Apostolus: ⌞Insipiens⌟ q diuinam virtutem & opa naturæ non pensas, ⌞tu
quod seminas, non viuificat⌟ .i. granum quod mittis in terram non vegetatur seu crescit
⌞nisi prius moriatur⌟ .i. resoluat & putrefiat. Vnde asserit Chrūs: Nisi granum frumen
ti cadēs in terram mortuum fuerit, ipm solum manet. ⌞Et quod seminas, nō corp⁹ qđ fu Iohā. 12
turum est⌟ .i. quod exurget de terra ⌞seminas⌟ .i. nō herbā, stipulā, paleam, vel tā mul-
tiplex granum, sicut de terra nascet, ⌞sed⌟ seminas ⌞nudum⌟ .i. purum ac solum ⌞gra-
num⌟ vt puta tritici, ⌞aut alicuius cæterorū⌟ seminum. ⌞Deus autē dat⌟ per influentiā
causarū secundarū, ⌞illi⌟ grano seminato, seu nascituro, ⌞corpus⌟ cum arista & palea,
⌞sicut vult⌟ .i. libere instituit. Opus eñ naturę ac intelligētiæ est opus causæ primæ, ⌞Et
vnicuiq; seminum⌟ dat deus ⌞proprium corpus⌟ hoc ē, corpus suę speciei conueniēs.
Quēadmodum ergo nudū granum seminat, deiq; nutu vestitū ac multiplicatū resurgit,
sic mortuus diuina virtute potitur viuere, atq; in corpore meliorato resurgere. ¶De-
inde Apłus manifestat differentiā corporū resurgentiū, quātum ad dignitatē & gloriā se
cundum exigētiā meritorū. ⌞Non ois caro eadē caro⌟ .i. non oia aialia habent corpus
eiusdem rōnis, dignitatis, ac dispositiōis, sed iuxta diuersitatē formarū substātialium req-
ritur diuersitas materierū, forma nāq; est finis materię, sed iuxta diuersitatē finium, diuer
sificant & media. Ideo subditur: ⌞Sed alia⌟ .i. alterius dispositiōis est, ⌞caro hoim, alia
pecorū, alia volucrum, alia autē piscium⌟ Sumit vero caro hoc loco cōiter, pro corpo-
re animato, sensitiuo. Strictius vero eam sumēdo dicunt Carthusieñ. (quorū & ego vnus
sum, vtinā digne) nō comedere carnes, ⌞&⌟ quædā sunt ⌞corpa cœlestia⌟ vt orbes ac
sidera ⌞& (sunt) corpora terrestria⌟ vt saxa & arbores. ¶Subdit autē de differētia cor
porū, postq̄ dictū est de differētia carniū, qm̄ corpus cōmunius est q̄ caro. ⌞Sed alia q-
B dem (est) cœlestiū⌟ corporū ⌞gloria⌟ .i. pfectio, ornatus seu pulchritudo, ⌞alia aūt terre
striū⌟ nec solum hæc corpa inter se distāt, sed corpa quoq; cœlestia inter se differūt, nā
⌞alia (.s. maior) est claritas solis, alia claritas lunæ⌟ vt; minor q̄ illa ⌞& alia claritas stella
rum⌟ hoc videmus ad oculum. ⌞Stella eñ (alia) differt in claritate⌟ qm̄ maior ē lux vni
us q̄ alterius. ⌞Sic & resurrectio mortuorū⌟ distincta erit, quātū ad gloriā corporū susci
tandorū, nō quantū ad veritatē naturæ eorū. Oia eñ erunt eiusdē naturæ seu speciei, sicu
ti & modo, sed dignitas pmiorū erit diuersa. ¶Porro exemplū Apłi magis cōsonat opi-
nioni dicentiū materiā primā in oibus corpibus eē eiusdē rōnis, q̄ eorū q ponūt eā distin
guendā specifice. ¶Deinde ponunt dotes corporū glorificādorū. ⌞Seminat in corruptio
ne⌟ .i. corpus humanū cōcipit, generat, & more seminis sub terra humat corruptibile seu
corruptū, ⌞surget in incorruptiōe⌟ .i. in resurrectiōe erit incorruptibile p dotē impassi- Sapiē. 9
bilitatis. Sili mō iam, ⌞seminat in ignobilitate⌟ .i. vile atq; obscurū ⌞surget in gloria⌟ .i.
resurgēdo recipiet claritatē, vt sit gloriosum ac nobile, ⌞seminat in infirmitate⌟ .i. fragi
litate & infirmitatē ad motū habēs, corpus eñ quod corrumpit, aggrauat aīam, ⌞surget
in virtute⌟ .i. surgēdo habebit facillimā mobilitatē iuxta aīæ voluntatē, p dotē agilitatis,
⌞Seminat corpus animale⌟ .i. grossum & alimoniis indigēs, atq; corpibus aliorū aīalium
sile, ⌞surget spūale⌟ corpus .i. subtile ac spiritui sile, quantū ad aliquas proprietates, non
C tñ ita subtile vt exeat limites suę naturæ. Erit eñ palpabile atq; visibile carnē hñs & ossa,
sicut & Chrs in semetipo ondisse scribit. Hæ ergo sunt quatuor dotes corporū beatorū, q̄
erūt in corpibus quodāmodo ex redundātia beatitudinis aīæ ad corpus, sicut in epła ad Lucæ. 24
Dioscorū tāgit Augu. Ex hoc eñ quod aīa fruitiue deo vnit, quatuor bona cōseqtur, vt;
internæ lucis splēdidissimā claritatē, & ex hoc redundat in corpus claritas copiosa, tāto
abundātior, q̄to maior est gloria aīæ. Fulgebūt eñ iusti sicut sol. Scđo, cōseqtur aīa oīm Matth. 13
desideriorū suorū plenā quietationē. Ex q̄ redūdat in corp⁹ agilitas, seu mobilitatis veloci
tas. Iā eñ corp⁹ infirmū est, qm̄ desiderio aīæ satisfacere neqt in executiōe mot⁹ & opa-
tiōis, tūc vero mouebit iuxta desideriū ac imperiū aīæ, nō tñ in instāti. Propterea scriptū
est: Fulgebūt iusti, & tanq̄ scintillæ in arūdineto discurrēt. Tertio, cōseqt aīa oīs mali re-
motionē, & ex hoc redūdat in corp⁹ impassibilitas. Quarto, cōseqt aīa maximā deiformi
tatē. Iuxta illud Iohānis: Siles ei erim⁹, qa videbim⁹ eū sicuti ē. Et ex hoc redūdat in corp⁹ Sapiē. 3
spūalitas seu subtilitas. ¶Deniq; sicut maior erit beatitudo aīarū, q̄ eēt naturalis felicitas
angelorū, sicue erit maior pfectio corporū glorificatorū, q̄ sit pfectio cęlestiū corporū, ita 1. Iohā. 3
q claritas, agilitas, impassibilitas atq; subtilitas maior seu dignior futura erit ī illis, q̄ ī cęlesti
b⁹ corpib⁹. In pñti q̄s vita h; corp⁹ ab aīa q̄tuor pportionabiliter ad pdicta vt; existētiā,
pulchritudinē, cōseruationē & motū. ¶Quod āt corp⁹ resurget spūale, probat apostol⁹.
⌞Si est⌟ .i. qa iā est ⌞corpus aīale⌟ scđm sensum pdictū, ⌞est⌟ hoc est, aliqñ erit in no-
bis, & iam in aliqbus est, ⌞&⌟ corpus ⌞spūale⌟ scđm intellectū expssum, corp⁹ eñ dicit
aīale, ad differētiā corpis spūalis. ¶Quod vero sit corp⁹ animale, pbat authoritate scri-
pturę. ⌞Sicut scriptū est⌟ in Genesi: ⌞Factus est primus hō⌟ .s. Adā, in animā viuētem⌟
hoc ē in sui formatiōe adept⁹ est animā dātē corpi vitā aīalē, sustētatiōe ciborū indigētē, Gene. 2

propter

Iohan.10 propter quam vitã corpus vocatũ est animale.⌊Nouissimus Adam⌋.i.Chrũs factus est D
⌊in spm̃ viuificantem⌋.in sua resurrectiõe recepit spm̃ rõnalem,seu aiam dantẽ corpo-
ri suo vitã spũalem,cibis & potibus non indigentẽ,sed insolubilẽ atq; ꝑpetuã. Chrũs em̃
Roma.5 posuit animã suam,& iterũ sumpsit eam,sed non talem resumpsit,qualem posuit. Posuit
Gene.2 nanq; passibilem,impassibilem vero recepit.Dicitur aũt Chrũs Adã.Primo,qm̃ de eadẽ
materia habuit corpus.Secundo,qm̃ sicut ex Adam om̃es nascunt,sic ex Chro renascũ-
tur.Tertio,nam sicut de latere Adæ formata est Eua,ita ex latere Chri formata est eccle
sia.Dicit quoq; nouissimus Adam , qm̃ nemo ei succedet, q sit caput & author fidelium.
⌊Sed non prius quod spũale⌋ hoc est,nec Chrũs habuit,nec alij habent , primo corpus
spũale,secundum proprietatẽ,vt dictum est,⌊sed quod animale⌋.i.primo oportet ha-
bere corpus animale,⌊deinde⌋ habetur corpus,⌊quod spũale⌋ est.Chrũs eqdem ante
passionẽ habuit corpus aiale.i.cibo vtens, ac dissolubile.Post resurrectionẽ vero habuit
corpus spũale.Ita erit & nobis.Iam em̃ habemus corpora aialia. Post resurrectionẽ ve-
ro habebimus corpus spũale. ¶Sciendũ,quod duplex est ordo. Videlicet generatiõis &
naturæ.Secundũ ordinẽ generatiõis imperfectũ pręcedit perfectũ, vt pueritia iuuentu-
tem. Et hoc modo animale pręcedit spirituale .Secundũ ordinem vero naturæ,perfe-
ctum ꝑcedit imperfectũ.Imperfecta em̃ à perfectis procedunt. ¶Deinde ondit Aplus
vnde sumus aiales,& vnde erimus spũales.⌊Primus homo⌋.s.Adam materialr habẽs ori
Gene 1. ginẽ ⌊de terra⌋ qa de limo terræ formatus fuit,⌊terrenus⌋.i.naturalr aialis atq; passibi
lis.Maxime tñ terrenus effectꝰ est, transgrediendo diuinũ præceptũ,⌊secundus hõ⌋.i.
Gene.3 Chrs: Qui dr secundus hõ,qm̃ inter eũ & Adã nullus est medius,q sit caput & principiũ E
Lucæ.1 hoim sicut ipse,Hic ergo descendens ⌊de cœlo⌋& oriens ex alto,est ⌊cœlestis⌋ Primo
qa de cœlis descendit,non diuinitatẽ amittendo,vel locũ mutando, aut corpus de cœ-
lo secũ portãdo,sed corpus humanũ assumendo,atq; in mundo visibilr apparendo.Pro
Iohã.3. pter quod ipe ait:Nemo ascendit in cœlũ,nisi q descendit de cœlo.Et alibi:Exiui à pre,
Iohã.16 & veni in mundũ.Secundo,qa cœlesti virtute cõceptus ac natus:Tertio,qa cœliformi-
Lucæ.1 ter(.i.absq; macula)in terra cõuersatus. ⌊Qualis terrenus⌋.i. qualis fuit Adã, ⌊talis &
terreni⌋ hoc ẽ,tales modo nos sumus,qa aiales,mortales & fragiles,imo originali pec
cato infecti.⌊Et qualis cœlestis⌋.i.qualis in resurrectiõe factus est Chrũs, vez corpꝰ glo
rificatũ sortitus,⌊tales & cœlestes⌋.i.tales erunt electi in resurrectiõe futura,qñ reforma
Phil.3 bit corpꝰ humilitatis nræ cõfiguratũ corpori claritatis suæ,vt ⌊Ergo⌋ cœlestes effici va
leamus,studendũ est nobis,vt ⌊sicut portauimus imaginem terreni⌋.i.sicut assimilati su-
mus primo parenti,sequẽdo eius vestigia,inobediẽdo,& originale pctm̃ ab ipo cõtrahẽ
do,⌊sic portemus & imaginẽ cœlestis⌋ hoc ẽ,Chro noa cõformemus p charitatẽ, obe-
dientiam, humilitatẽ,& oim tribulationũ patientissimã sustinentiã.Non em̃ aliter possu
mus fieri cęlestes siue felices,Ideo subditur:⌊Hoc autẽ dico fratres,qa caro & sanguis⌋
id ẽ hoies carnales affectibus vitiosis subiecti, seu opa carnis, ⌊regnũ dei possidere non
possunt⌋ In cœlo em̃ nõ nubẽt,neq; nubent. ⌊Neq; corruptio incoruptelã possidebit,⌋
hoc est,q seruit corruptiõi peccati,nõ sortiet beatã immortalitatẽ. Pctm̃ em̃ mentẽ infi
Matth.22 cit,corrũpit,& in nihilũ redigit. Virtus vero cõsolidat animũ,& stabilit eũ in deo,idcirco
Lucæ.20 impassibilitatẽ,quæ est perfecta incorruptela,meretur & possidebit. Vnde scriptũ est:In
Sapiæ.6 cõrruptio facit esse proximũ deo. ¶Insup manifestat Aplus resurgẽdi modũ ac ordinẽ
EPIST. ⌊Ecce⌋ (Cum dr:Ecce,insinuat notabile esse qd dr) ⌊mysteriũ⌋.i. occultũ aliqd de ma
teria futuræ resurrectiõis,⌊vobis dico⌋ vez.⌊Om̃es qdem⌋ generaliter ⌊resurgemus⌋
boni & mali,& mali in fine seculi , q interim nõ surrexerunt resurrectiõe cõsumata, qũo
Malach.3 certum est resurrexisse virginẽ gloriosam.Nam & viui q tunc inuẽti fuerint,in igne cõ-
flagratiõis morient , vt soluãt debitũ carnis,protinusq; cũ alijs surgẽt. Resurrectio nãq;
nõ cõuenit,nisi ei qd cecidit,⌊sed nõ om̃es imutabimur⌋ hoc ẽ,nõ om̃ea in melius refor-
mabimur,qm̃ soli electi glorificabunt,reprobi vero resurgẽt in peius,habebunt em̃ cor
pora ipo aspectu horribilissima.s.obscura,grauissima,grossa & passibilia.Resurgemus ãt
⌊in momento,in ictu oculi⌋.i.in breuissimo tpis spatio, hoc ẽ, q̃ cito oculus aperit, aut
claudit.Diuina em̃ virtus immensa est.Non tñ fiet repẽte,qa collectio cinerũ fiet ab an-
gelo,nõ sine motu locali.Surgemus quoq; ⌊in nouissima tuba⌋ Hęc tuba triplr intelligi
potest.Primo per tubam intelligitur imperium dei,cuiua nutu resurrectio fiet. Vnde ad
1.Timo.4 Thessalonicẽses ab ipo inducit:Qm̃ ipe dñs in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei
Ioh.5 descẽdet de cœlo.Secũdo,p tubã intelligit vox Chri,q ait: Veniet hora in qua oẽs q in
monumẽtis sunt,audiẽt vocẽ filij dei. Tertio,p tubã accipi põt ad lram vox alicuius ar-
Matth.25 chãgeli,cui cõmissa fuerit talis prolatio.Vnde in Euãgelio dr: Media nocte clamor fa-
ctus ẽ,ecce spõsus venit,exite obuiã ei.⌊Canit em̃ tuba⌋ quęlibet iam ꝑfata.i.terribilr im
perabit resurrectionẽ mortuorũ.Et vt dicit Hieronymus sic canet,ꝙ totꝰ mũdus timmiet
⌊& mortui resurgent incorrupti⌋.i.cũ corpe integro. Quia diuina virtus supplebit,qd
aliqui

A aliquibus defuit, vt claudis, monstris & pueris. Oēs etiā surgent in perfecta ætate & cōuenienti
quātitate, ⌊& nos⌋ electi ⌊immutabimur⌋.i. immortalitatis gloriam cōsequemur. ⌊Oportet
em̄⌋ quatenus diuina impleat promissio: & iusta fiat remuneratio, ⌊mortale hoc⌋ corpus ⌊in
duere immortalitatē⌋.i. ꝑpetuā subsistentiā, ⌊&(oportet) corruptibile hoc⌋ corpus ⌊induere
incorruptionē⌋.i. indissolubilitatē, vt resolui nō possit. Hoc proprie refert ad corpora electoꝝ,
q̄uis & corpa reproboꝝ futura sint immortalia & incorruptibilia, sed immortalitas illa erit tāus
miserijs plena, vt potius esse videatur mors continua, q̄ immortalitas vera. ⌊Cum aūt mortale
hoc⌋ corpus ⌊induerit immortalitatē⌋.s. in die nouissimo, qñ idem numero corpus resurget,
prout aptissime ait beatus Iob: Scio ꝙ redēptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surre- Iob. 19
cturus sum, & rursum circūdabor pelle mea, &c. ⌊tūc fiet⌋.i. implebit ⌊sermo⌋ propheticus,
⌊qui scriptus est⌋ in Osea, secūdū translationē. 70. interpretū. ⌊Absorpta (.i. victa) est mors⌋
siue diabolus ⌊in victoria⌋.i. per victoriosam passionē ac resurrectionē Chri, q morte nostrā Osee. 13.
moriēdo destruxit, sicut & per Oseā loquit: Ero mors tua o mors, &c. Quod etiā iam allegatū
est secūdū translationē. 70. interpretū. Abstulit em̄ à nobis mortē culpæ atq; gehēnæ, & in fi-
ne seculi tribuet immortalitatē cōpletā. ¶ Præterea aplus de bñficio tāto exultās, & in ꝑsona fe
liciter resurgētiū loquēs ex propheta eodē, adiecit. ⌊Vbi est o mors victoria tua?⌋ qua oēs
occidisti, sicut scriptū est: Quis est hō qui viuet, & nō videbit mortem? ⌊Vbi est mors stimulus Psal. 88.
tuus?⌋.i. pctm̄ q̄d mortē induxit, sicuti stimulus læsionē infigit? Ideo subditur. ⌊Stimulus aūt
mortis⌋.i. mortē inducēs ⌊pctm̄ est⌋ actuale vel originale. Mors em̄ est pœna peccati, Q. d.
B Ista victoria mortis, ac stimulus eius ab electis ablata sunt. Vñ in Esaia legit: Præcipitabit dñs Esaiæ. 25
mortē in sempiternū, & opprobriū populi sui auferet. Itē in psal. Laqueus cōtritus est, & nos li Psal. 123
berati sumus. ¶ Ne aūt putet culpa ꝑ legē deleta, subiungit. ⌊Virtus vero⌋.i. incentiuū seu au-
gmētū ⌊peccati (est) lex⌋ Moysi, nō directe, sed ex occasione & hūana puersitate, q̄ nititur (te-
stante poeta) in vetitū semꝑ, cupiīq; negatū. De hoc aūt in epl'a ad Rom. plenissime dictū est. Ouidius
⌊Deo aūt gratias, q dedit nobis victoriā⌋ tā in spe, & parum in re, postea āt dabit pfecte in re.
Victoriā inquā pcti & mortis nō nris meritis, sed ⌊ꝑ dñm nostrū Iesum Chrm⌋.i. virtute ac
merito Chri. ¶ Postremo ponit aplus admonitionē saluberrimā & cōsolatoriā. ⌊Itaq;⌋ cum
oīa hęc ita se habeāt, o ⌊frēs mei dilectissimi stabiles estote (in fide) & immobiles⌋ in charitate
⌊abundātes in ope dñi semꝑ⌋.i. actib⁹ virtuosis incessanter intēti, ⌊sciētes ꝙ labor vester⌋ ex
charitate ꝓcedens, ⌊non est inanis⌋.i. sine mercede ⌊in dño⌋ Imo (vt apud Sap. legit) bonoꝝ
laboꝝ gloriosus est fructus. Hoc totū breui versiculo cōprehēdit Psalmista, dicēs: Expecta do- Sapiæ. 3
minū, viriliṫ age, & cōfortet cor tuū, & sustine dñm. Magna est itaq; pfectio, cordis stabilitas in Psal. 26.
dño, ne hō moueat impetu passionū, delectatiōibus tpalium reꝝ: vel minis, aut hmōi aliq̄ pec-
cati vēto. Idcirco scriptū est: Nō te ventiles in omnē ventū, sed esto firmus in via dñi, & in ve- Eccl. 5
ritate sensus tui. Et item scriptura dicit: Sapiēs permanet vt sol, stultus aūt mutatur vt luna. Eccl. 27.

¶ Elucidatio Cap. XVI. s. De collectis aūt quæ fiunt in sanctos. Art. XVII.

C EXpeditis determinationibus principaliū materieꝝ, in qbus instruendi erāt Corinthij,
tam agit aplus de quibusdā ordinatiōibus particularibus. Primo de eleemosynis, quas
gentiles cōuersi faciebāt Iudæis cōuersis, q in Hierusalē erāt. Ait em̄. ⌊De collectis au-
tem⌋.i. donis seu eleemosynis, ⌊quę⌋ cōgregant & ⌊fiunt in sanctos⌋.i. in sustenta- Acto. 5
tionē sctoꝝ in Hierusalē habitantiū, q oīa sua vendiderūt, & ante aploꝝ pedes posuerūt, qbus
cōsumptis, & fame orta in Iudæa, in magna penuria fuerūt, propter q̄d ordinauerūt apostoli
vt cōuersi ex gentibus mitterēt eis subsidia vitæ, ⌊sicut ordinaui in ecclesiis Galatiæ⌋.i. cōgre-
gationibus fideliū in Galatia (q̄ est pars Græciæ) habitantiū s. Galatis, ⌊ita & vos facite ꝑ vnā
sabbati⌋.i. vna die septimanæ. ⌊Vnusq̄sq; hestū apud se reponat⌋.i. in ꝓpria domo ponat
in loco securo, ne forte si alij commiserit, defraudet. Ponat ergo apud se ⌊recondens⌋ munus
⌊q̄d ei bene placuerit⌋.i. tātum q̄ium libenter dat, ne grauet, ⌊vt non cū venero⌋.i. apud vos
fuero, ⌊tunc collectæ fiant⌋.i. eleemosynę cōgregent, qa tunc alia habebimus expedire, graua
ret q̄q; vos si totū simul daretis. ⌊Cū aūt ꝑsens fuero apud vos, q̄s probaueritis⌋.i. approba-
ueritis, seu aptos iudicaueritis, ⌊per epistolas, hos mittā⌋.i. istos destinabo cū literis cōmenda-
torijs meis ac vestris, ⌊perferre gratiā vestrā⌋.i. gratiosam eleemosynā ⌊in Hierusalē⌋ ad pri-
mitiuā ecclesiā sub Iacobo militātē. ⌊Quod si dignū fuerit⌋.i. rōnabilis causa occurrerit, ⌊vt
& ego eā⌋ in Hierusalē cū eleemosynis istis, ⌊mecū ibūt⌋ q̄s probaueritis. ⌊Veniā aūt ad vos,
cū Macedoniā⌋ quæ est pars Græciæ, ⌊ptrāsiero⌋ visitādo illic, & in locis vicinis discipulos.
⌊Nā Macedoniā⌋ prouinciā illā ⌊pertrāsibo⌋ nō diu ibi morādo, cū non sit necesse. ⌊Apud
vos aūt forsitan⌋.s. si deus ꝑmiserit, ⌊permanebo (multis diebus) vel etiā hyemabo⌋ qa multa
sunt corrigenda in vobis, ideo diuturna medici spūalis præsentia vobis necessaria est, ⌊vt vos
me ducatis quocūq; iero⌋ cum à vobis recessero. Illa tamē nō fuit principalis causa huius mā-
sionis, sed hoc dicit apostolus ad inflammandū charitatē eoꝝ ad se, vel ad familiaritatē ostē-
dendā. ⌊Nolo em̄ vos modo in trāsitu videre⌋.i. tpe modico. ⌊Permanebo aūt Ephesi⌋ vsq;

& istā epistolā vobis transmisi,⌊ vsq; pētecosten. Ostiū em̄ mihi apertū est magnū & euidēs⌋ D
.i. vehemēs rō mihi occurrit illic manēdi, eo φ corda multoꝝ parata sint recipere verbū dei,
⌊ & aduersarij multi⌋ sunt ibi q euāgelio cōtradicūt, cōtra q̄s oportet me armare fideles, vel illis
1. Timot. 4 q̄q; aperte resistere. ⌊ Si autē venerit Timotheus⌋ ad vos ⌊ videte⌋.i. studete ad hoc ⌊ vt sine
timore sit apud vos⌋.i. secure, ita vt nullus ei molestus sit. ⌊ Opus em̄ dñi opał⌋ p̄dicādo euā-
Acto. 18 geliū Chr̄i, ⌊ sicpt & ego. Ne q̄s ergo illū spernat⌋ eo φ iuuenis sit. Vnde alibi dicit: Nemo ado
lescentiā tuā contēnat, ⌊ deducite aūt illū in pace⌋ egrediendo & ambulādo cū eo pacifice per
aliq̄d spaciū, ⌊ vt veniat ad me⌋ Ephesum. ⌊ Expecto em̄ illū cū fratribus⌋ cū eo vēturis. ⌊ De
Apollo aūt fratre⌋ q erat vir potēs in scripturis & eloquēs, quē apl̄us ordinauit Corinthijs in
ep̄m sicut & ipsi rogauerūt, ⌊ notū vobis facio, q̄m multū rogaui eū⌋ non p̄cepi, ⌊ vt veniret ad
vos cū fratribus⌋ secū agētibus. Recesserat q̄ppe à Corinthijs propter dissensionē eoꝝ quā se-
dare nō potuit, propter q̄d rediit Ephesum ad apl̄m. ⌊ Et vtiq; nō fuit volūtas eius vt nunc ve-
niret⌋ ad vos, q̄diu estis in ista discordia. ⌊ Veniet aūt quum ei vacuū⌋.i. opportunū, ⌊ fuerit⌋
Marc. 13 q̄n vez perceperit vos emēdādos. ⌊ Vigilate⌋.i. diligentes & soliciti estote, ne torpor pigritiæ
irruat super vos, ⌊ state⌋.i. firmiter perseuerate, ⌊ in fide, viriliter agite⌋ Maledictus em̄ q facit
Hiere. 48 opus dei negligenter, ⌊ cōfortamini⌋ proficiendo semper in gr̄a dei, ⌊ & oīa v̄ra (opa) in chari-
tate fiant⌋.i. charitatiue atq; concorditer: taliter em̄ nō essent meritoria. ⌊ Obsecro aūt vos frēs,
1. Cor. 1. noſtis domū Stephanæ⌋.i. familiā illius matronæ, vnde supra dixit: Baptizaui aūt & Stephanæ E
domū. Noſtis etiā ⌊ & (domū) Fortunati & Achaici⌋.i. hoꝝ viroꝝ q meū fuerūt quū vobis
prædicaui, ⌊ q̄m sunt primitiæ Achaiæ⌋.i. primi in Achaia crediderūt, ⌊ & in ministeriū s̄ctoꝝ
ordinauerunt seipsos⌋.i. spōte se obtulerunt ad ministrandū fidelib⁹. Hoc itaq; obsecro, ⌊ vt &
vos subditi sitis (per humilē obediētiā) eiusmodi⌋.i. istis & talib⁹ personis, ⌊ & omi cooperan-
ti (mihi) & laboranti⌋ in vobis.i. ad vestrā salutē. ⌊ Gaudeo autē in p̄sentia Stephanæ & Fortu
nati & Achaici⌋.i. de hoc lætor, φ tales p̄sonæ vobiscū sunt, ⌊ q̄m illud q̄d vobis deerat⌋ q̄tū
ad salutarē doctrinā, ⌊ ipsi suppleuerunt⌋ docēdo vos plenius. ⌊ Refecerunt em̄.i. sp̄ūaliter nu
trierunt seu impleuerunt, ⌊ & meū sp̄m⌋.i. animā meā iucunditate, eo φ instruant vos, ⌊ & ve-
strum⌋ sp̄m, refecerunt veritatis notitia. Vel sic, Gaudeo aūt in p̄sentia Stephanæ, &c.i. de hoc
φ venerunt ad me, q̄m illud q̄d vobis deerat.i. q̄d vos minus debito mihi fecistis, ipsi suppleue-
runt. Refecerunt em̄.i. cōsolati sunt, vel pauerunt & meū sp̄m, & vestrum, q̄a mihi b̄n̄faciendo,
benefecerūt & vobis q̄bus apl̄m seruauerunt. ⌊ Cognoscite ergo⌋.i. diligenter attendite & ho
norate, ⌊ q eiusmodi sunt⌋.i. tales personas. ⌊ Salutant vos⌋.i. ad salutē vobis cupiūt atq; annū
tiant, ⌊ oēs ecclesiæ Asiæ⌋ minoris, cuius metropolis est Ephesus, vbi cōscripta est p̄sens episto
la. ⌊ Salutāt vos in dño multū (.i. cū ingenti affectu) Priscilla⌋ mulier ⌊ & Aquila (vir eius) cum
domestica sua ecclesia⌋.i. cū societate fideliū cōmorāte in domo eoꝝ, ⌊ apud q̄s & hospitor⌋
Hoꝝ duoꝝ frequēter apostolus meminit, q̄a in primitiua ecclesia notabiles erāt, & bene instru
cti in fide. ⌊ Salutant vos fratres oēs⌋ in Ephesio existētes. ⌊ Salutate inuicē in osculo sancto,⌋ F
.i. in sp̄ūali & puro etiā corpali, sicut in primitiua ecclesia fuerat cōsuetudo. ⌊ Salutatio mea ma
nu Pauli⌋.i. propria manu subscripta. Scripsit em̄ apostolus propria manu in fine epistolarum
suaꝝ salutationē, ne deciperentur fideles, recipiēdo epistolas pseudoapostoloꝝ pro epistolis Pau
li. ⌊ Si q̄s nō amat dñm n̄rm Iesum Chr̄m, sit anathema⌋.i. separatus à cōsortio fideliū, & cō-
dēnatus à deo, ⌊ Maranatha⌋.i. in aduētu dñi, vel donec dñs. Maranatha q̄ppe interpretatur
dñs venit. Dicit q; Lyra, φ sint duæ dictiones. Augustin⁹ vero, cui potius credit, ait φ sit vnum
nomē cōpositū ex græco & syro: & potius est syꝝ q̄ hebræū. Hæc aūt imprecatio mali nō est
intelligenda dicta de zelo vltionis seu inuidiæ, sed affectu iustitiæ, vel modo prænuntiationis
propheticæ. ⌊ Gratia dñi nostri Iesu Chr̄i⌋ q̄ est formale ac habituale principium totius vitæ
meritoriæ, sed ⌊ & charitas mea⌋.i. talis dilectio, qualē ego habeo, sit ⌊ cū oībus vobis in Chr̄o
Iesu⌋.i. finaliter propter Chr̄m. ⌊ Amen⌋ Chr̄us em̄ est finis noster, sicut in Apoca. testatur:
Apoc. 1. Ego sum alpha & ω principium & finis, Cui semper sit oīs honor, virtus, beatitudo & gloria,
1. Timo. 1. q̄m ipse cum patre & sp̄ū sancto est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

¶IN SECVNDAM AD CORINTHIOS, epistolam procemium.



Prouer. 1. Vdi fili disciplinā patris tui, vt addatur gratia capiti tuo. Cum prælatis ecclesiæ
dicat saluator: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: constat φ
Lucæ. 10. pari audientia accipienda sunt verba prælatoꝝ & Christi. Quidā itaq; Corin-
thioꝝ hoc attendentes ex priori epistola Pauli correcti fuerunt, obedientes p̄-
ceptis apostoli, tanquam Christi. Quidam vero eorum in suo perstiterūt erro-
re, præferentes Paulo pseudoapostolos. Propter hoc scribit Apostolus Corin-
thijs hanc secundam epistolam, in qua se verum Christi probat Apostolum, atque fallaciam
Apostoloꝝ, vanitatem ac falsitatem demonstrat, errātes Corinthios reducit ad viam iustitiæ,
bonos

A bonos vero incitat ad meliora, pſertim ad obseruationē patiētiæ, proponēs seipsum illis in exēplum. Nō ergo cessandū est bono ꝓlato à spūali cura infirmi subiecti, si statim nō emēdetur, sed cōtinuanda est admonitio, increpatio, exercitatio, quādiu spes est de reparatione errantis.

¶Expositio primi Cap. secundæ ad Corinthios epistolæ. Art. I.

QVoniam Corinthiorum nōnulli minus digne de Paulo senserunt, atq; ab hoc propriam salutem neglexerūt, paruipendētes verba Pauli, & pseudoapostolis credētes, idcirco in exordio huius epistolæ, in qua more solito pręmittitur salutatio, cum dixisset, Paulus, statim adiecit, Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, non vt seipsum magnificaret, sed vt illoꝝ prouideret saluti. Potest enim, & dum ratio postulat, debet ꝓlatus authoritatē suā ostendere, ne sui cōtemptus impediat subditoꝝ salutem. ¶Ponens ergo Apostolus personas scribentes seu salutantes, ait. ⌊Paulus Apostolus Iesu Christi per volūtatē dei⌋ .i. à deo seu diuina voluntate ad gratiam apostolatus assumptus: non à seipso, vel ab hominibus intrusus inordinate, ⌊& Timotheus⌋ Ephesiorum epūs ⌊frater⌋ noster spūalis. Hūc sibi adiungit Apostolus, ne Corinthij aliqd sinistrum suspicentur de eo, quasi eos accusauerit apud apostolū ex rancore. Priorem em̄ epistolā tulit Corinthijs, rediens'q; nuntiauit apostolo facta & verba Corinthioꝝ. Quamuis aūt apostolus solus istam epistolā dictauerit, vterq; tamē mādat & mittit eam Corinthijs, & forte quia Paulus multa scribit ex Timothei relatu. Itaq; Paulus & Timotheus mandant ⌊ecclesiæ dei⌋ .i. cōgregationi fideliū, ⌊quæ est Corinthi⌋ .i. in ciuitate sic dicta, metropolitanæ Achaiæ, ⌊cum sanctis omnibus⌋ .i. & sanctis omnibus, vtpote

B cunctis veraciter Christianis, q viiq; sancti & virtuosi sunt, ⌊qui sunt⌋ .i. demorantur ⌊in vniuersa Achaia⌋ .i. quocūq; loco prouinciæ sic vocatæ, quę erat pars Græciæ. ⌊Gratia⌋ quæ est supernaturalis habitus, principium omnis meritoriæ operationis, essentiam animæ immediate perficiens, ⌊vobis⌋ præstetur ⌊& pax⌋ .i. tranquillitas mentis, de qua angeli cecinerunt: Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, ⌊à deo patre nostro⌋ per gratiam adoptionis, .i. à tota superbenedicta trinitate, quæ est vnus verus deus creator & pater noster, cui quotidie dicimus: Pater noster qui es in cœlis, ⌊& domino nostro Iesu Christo⌋ .i. per Christum mediatorem dei ac hominū, per quem omnis gloria nobis confertur. Chrūs enim vt deus est idem collator principalis cū patre & spū sancto, sed secundū naturam assumptā est dator gratiæ mediatus ac instrumentalis, quia per ipsum tanq̄ per causam meritoriam ac mediatricem dantur nobis charismata spūs sancti. ¶Deinceps procedit Apostolus ad narrationem, captam'q; beneuolentiam Corinthioꝝ & à gratiaꝝ actione incipiens, affatur perfectos. ⌊Benedictus deus⌋ .i. ab oībus benedicatur & exaltetur, semper'q; sit benedictus deus trinitas, ⌊& pater dn̄i nostri Iesu Chr̄i⌋ .i. persona patris æterni, qui est genitor Christi secundū eius diuinā naturā. Hunc patrē Apostolus specialiter exprimit exemplo Christi, qui per totū euangeliū oīa refert specialiter ad gloriam patris, quēadmodū ait: Honorifico patrē meū. Non q̄ pater maior sit filio aut spū sc̄tō, sed q̄a authoritas est in patre, atq; fontalis origo respectu filij & spūs sancti, quoꝝ vterq; suscepit à patre quicq̄d habet & est. Vel sic, Benedictus deus & pater dn̄i nostri Iesu Chr̄i .i. perso

C na patris, q est deus Chr̄i secundū naturā humanā, & pater ipsius secundū naturā diuinā. Vnde in Euangelio Chrūs testat: Ascendo ad patrē meū & patrē vestrū, deū meum & deū vestrum. Vel deus rōne essentiæ & emanationis ad extra: pater vero rōne proprietatis relatiuæ, & emanationis ad intra. Porro q̄d subdit, simili sensu accipi pōt, tam de persona patris, q̄ de tota trinitate, patre nr̄o, rōne creationis, gubernatiōis & adoptatiōis, ⌊pater misericordiaꝝ⌋ .i. causa paterna pioꝝ affectuum ex diuina benignitate manātium. Vel, pater misericordiaꝝ intrāsitiue .i. pater multū misericors seu misericordia plenus. Et dicitur pater misericordiaꝝ, q̄uis misericordia dei sit vna ac simplex propter diuersos effectus pietatis diuinæ. Vnde etiam ait Psalmista: Misericordias dn̄i in æternū cātabo, ⌊& deus totius cōsolationis⌋ .i. dator atq; benignus infusor oīs veræ, perfectæ ac spūalis cōsolationis siue lætitiæ, ⌊q cōsolatur nos in om̄i tribulatione nostra⌋ quā propter iustitiā patimur à mūdo, carne aut diabolo. Cōsolatur autē nos, vel à tribulationibus liberādo, vel in tribulationibus patientiā dando, ita vt omne gaudiū æstimemus, cū diuersas inciderimus tentationes. Vel in ipso corde copiosam exultationē cōcitando ex contemplatione diuinoꝝ, sic vt tribulationis acerbitas vix sentiatur. Hinc scriptum est in Iob: Ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabūt. Et Abacuc propheta orat: Cū iratus fueris, misericordiæ recordaberis, ⌊vt possimus & ipsi cōsolari eos⌋ .i. tā copiose & ad hoc consolatur deus nos, ap̄los, viros'q; perfectos, vt ex plenitudine, gustu, & experiētia cōsolationis nobis infusæ, valeamus & nos cōsolari eos, ⌊q in omni pressura sunt⌋ in quacūq; afflictione, proponēdo nos eis in exemplū. Possumus, inquā, consolari eos, ⌊per exhortationē, qua exhortamur & ipsi à deo⌋ .i. admonēdo eos taliter per ꝓdicationem vocalē, sicut admonemur à dn̄o p inspirationē seu alloquutionē internā, videlicet cōmemorādo ꝓmia sempiterna pro ꝓsentibus, breuibus'q; tribulationibus rependēda, proponēdo etiā persequutiones, passiones Christi & aliorum electoꝝ pro exemplo, quemadmodum tetulit Iudith: Memores, inquiens, esse debent,

Marginal references: Lucæ.2. (beside "perficiens"); Matth.6. (beside "superbenedicta"); 1.Timot.2 (beside "dei ac hominū"); Iohan.8 (beside "riam patris"); Iohan.20 (beside "in Euangelio"); Psal.88 (beside "Misericordias"); Iaco.1 (beside "nostra"); Iob 5 (beside "cū diuersas"); Abacuc.3. (beside "templatione"); Iudith.8 (beside "liorum electoꝝ").

quo pater noster Abrahã tẽtatus est,& oẽs q placuerũt deo, ꝑ multas tribulatiões trãsierũt fi- D
deles. Elucescit aũt ex his,q̃a alios spũaliter cõsolari aptus nõ est,q diuinã cõsolationẽ expertus
Ecci.34. nõ est. Ideo per sapientẽ quendã dicit: Vir in multis expertus cogitabit multa. Veruntamẽ ali-
qui ad deũ cõuersi tribulant,tentantur & angustiantur:nullã tñ consolationẽ experiunt,quibus
Iob.30 cœlũ est æneũ,terraq́ȝ ferrea,q cũ beato Iob dño dicere possunt:Sto & non respicis me,clamo
& nõ exaudis me:mutat' es mihi in crudelẽ Sed isti nõ desperẽt,nõ frangant,nec pusillanimes
fiant,sed manũ dñi lõganimiter ꝓstolent,scientes ꝙ deus nõ deserat sperãtes in se, dicẽtesq́ȝ cũ
Iob.13. Iob: Etiã si occiderit me,in ipso sperabo. Interim vero carnalẽ cõsolationẽ despiciãt,quatenus
in dei cõtẽplatiõe refloreant. Iuxta illud in psal. Renuit cõsolari aĩa mea,memor fui dei,& dele-
Psal. 76 ctatus sum. Denique ꝙ cõsolemur à deo,aliosq́ȝ cõsolari possimus,patet ex hoc. ⌊Qm̃ sicut abũ-
dãt passiones Chri⌋.i. ꝑsequutiões,q̃ in Christo capite nr̃o ꝓcesserũt,& propter eũ fidelib' in-
2.Thess.1. fliguntur,eius quoq; amore æquanimiter tolerant,⌊in nobis⌋ famulis Christi,qbus ipse ait:Si me
Iohan.15 persequuti sunt,& vos ꝑsequentur,q̃a nõ est seruus maior dño suo,⌊ita & per Chrm̃⌋.i. ꝑ gra
Iohã.13 tiã & misericordiã Christi,⌊abundat cõsolatio nostra⌋ Qui em̃ cõpatit,& cõglorificabit. Pro
Roma.8 pterea dicit propheta:Secundũ multitudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo,cõsolatiões tuæ lætifi-
Psalm̃. 93. cauerunt aĩam meã. Alibi quoq; dicit scriptura: Qui derelictus ẽ in ira dei oĩpotẽtis,iteꝝ ĩ magna
2.Mac.5. recõciliatiõe cũ summa gloria exaltabit. ⌊Siue aũt tribulamur⌋ tribulatio ista accidit nobis ⌊ꝓ
vestra exhortatiõe & salute⌋.i. vtilis est ad exhortãdũ vos salubriter,s. vt vos exẽplo nostraꝝ tri- E
bulationes sustineatis libẽter,⌊siue cõsolamur⌋ à deo,hoc fit,⌊pro vestra cõsolatione⌋.i. vtile
est ad cõsolandũ vos,qm̃ eadẽ merces nobis & vobis promittitur,⌊siue exhortamur⌋.i. diui-
nitus admonemur oĩa fortiter perpeti,hoc fit ⌊pro vestra exhortatione & salute⌋ q̃a per hoc
idonei efficimur,admonere vos ad vestrã salutẽ,sicut & ipsi à deo monemur,⌊q̃a⌋ exhortatio
⌊operat in vobis tolerantiã earundem passionũ⌋.i. inducit & prouocat vos ad tolerandũ pro
Christo ꝑsequutiones & aduersitates,⌊quas & nos patimur,vt & spes nostra⌋.i. fiducia q̃ spe-
ramus vos beatitudinẽ adepturos,⌊firma⌋.i. cõstans & efficax,⌊sit pro vobis⌋.i. ad cõmodũ
vr̃m. Dũ em̃ ꝓlati cõspiciũt subditos suos in virtutib' agiles,secure & firmiter sperãt bona æter
Prouer.10 na eis fore parata. Vñ & Salomon: Filius sapiẽs lætificat patrẽ,⌊sciẽtes⌋ certitudine reuelatiõis
Iob.19 diuinæ & experiẽtiæ,nõ ratiocinatiõis hũanæ. De qua sciẽtia ait Iob: Scio ꝙ redẽptor meus vi
uit,& in nouissimo die de terra surrecturus sim,⌊qm̃ (.i. ꝙ) sicut socij⌋ participes & consortes
1.Cor. 4. estis,⌊passionũ⌋.i. tribulationũ pro Chr̃o,imitãdo eius vestigia,⌊sic eritis &⌋ socij,⌊consola-
tionis⌋ diuinæ ꝑ gratiã Christi,in ꝓsenti inchoatiue & imꝑfecte,in futuro aũt plene ac iugiter.
2.Timo.2 Si em̃ sustinemus,& cõregnabimus. Ideo scriptũ est: Cõicantes Chri passionib' gaudete,vt &
1.Pet.4. in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. ¶Præterea narrat aplus magnitudinẽ ꝑsequutionũ suaꝝ
in speciali. Primo,vt alij exẽplo sui ad patientiã animent. Secũdo,vt discipulis insinuet q̃ta pro
eoꝝ patiat salute. Tertio,vt nos aduertẽtes q̃ modicũ patiamur cõparatione apostoli,ab inor-
dinato mœrore cessemus. Itaq; ait: ⌊Nolo em̃ vos ignorare frẽs⌋ Raro aplus discipulos suos F
nominat filios:sæpe aũt frẽs. In q̃ percutit quorũdã superioꝝ suꝑbia,q nimium proni sunt vo
care subditos suos filios,nõ tã ex paterna dilectione,q̃ ex quadã animositate. Idcirco ait scriptu
Ecci.32. ra: Rectorem te posuerũt,noli extolli:esto in illis quasi vnus ex ipsis. Nolo ergo vos ignorare
⌊de tribulatiõe nostra q̃ facta ẽ⌋.i. nobis illata est,⌊in Asia⌋.i. in Epheso vrbe Asiæ, ab Ale-
Acto.19 xandro argẽtario q fecit ædes Dianæ,de qua tribulatiõe multa scripta sunt in actis,⌊qm̃ supra
modũ⌋ solitũ,⌊grauati sumus,& supra virtutẽ⌋ naturalẽ atq; humanã,non tñ vltra virtutem
1.Cor.10 nobis ꝑ grãm cõicatam,q̃a supra dictũ est: Fidelis deus,q nõ patiet vos tẽtari supra id q̃d pote
stis,⌊ita vt tæderet nos etiã viuere⌋ secundũ inferiorẽ partẽ aĩæ,s. sensualitatẽ,vel sensitiuũ ap-
Marci.14 petitũ,quẽadmodũ scriptũ est de Chr̃o: Cœpit Iesus pauere & tædere,nõ tamen secundũ ra-
tionem fide & spe adornatã,q̃a hoc esset cõtra patientiæ ꝑfectionẽ. ¶Posset ꝓterea sciscitari qs
hoc loco,an liceat homini mortẽ optare propter aduersitatũ acerbitatẽ. Et primo apparet ꝙ
sic,authoritate apostoli loco ꝓsenti. Secũdo,qm̃ Helias ꝑsequutionẽ Iezabel fugiẽs,dixit: Suffi-
3.Regũ.19. cit mihi dñe,tolle animã meam. Tobias quoq; excæcatus orauit. Præcipe dñe in pace recipi spm̃
Tob.3 meũ. Simili modo Iob ait: Elegit suspendiũ aĩa mea,& mortẽ ossa mea. Et respondendũ,ꝙ nõ
Iob. 7 licet propter ꝑsequutiones vitandas optare mortẽ absolute,& sicut terminũ vitæ,licet tamẽ sub
cõditione videlicet diuina voluntate supposita,& mortẽ considerando tanquam ingressum vi
tæ futuræ:sic tamen,vt quamuis persequutio sit occasio huius desiderij, charitas sit præcipiẽs
atq; eliciens actum hunc. ⌊Sed & ipsi⌋ id est, ego, & adhærentes mihi,⌊in nobis responsum
mortis habuimus⌋ id est,ex persequutionis illius consideratione animus noster nobis respon-
dit,& certe putauimus,ꝙ mors nobis instaret,nõ enim arbitrabamur nos posse euadere. Quod
ideo deus permisit,⌊vt non simus fidentes in nobis⌋.i. ne in propria potestate speremus: Ma-
Hiere.17 ledictus em̃ (inquit Hieremias) qui confidit in homine,⌊sed in deo⌋ Vnde per Esaiam quoq; di-
Esaię.50. citur: Quis ambulat in tenebris & nõ est ei lumen? speret in noĩe dñi,& innitatur sup deũ suum
Hiere.17. Et Hieremias iteꝝ: Benedictus vir qui confidit in domino,⌊q suscitat mortuos⌋ corporaliter
animam

A animam iterũ corpori vniendo, & spũaliter charitatẽ & gratiã pctõribus cõferendo. De talibus Matth.8.
spũaliter mortuis Chrũs in Euangelio loquit: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, ⌊q de
tantis periculis⌋ vitæ corporalis ⌊eripuit nos (in Epheso) & eruit⌋ incessanter, cũ tribulamur, Philip.1.
⌊in quẽ speramus⌋.i. de cuius bonitate cõfidimus, ⌊qm̃ & adhuc eripiet⌋ in futuro à simili-
bus periculis. Nõ q apłus à tribulatiõibus erui cõcupiuit, quasi mortẽ pro Chr̃o pati impararet,
sed qa in carne manere necessarium fuit propter discipulos. Eripiet ergo nos, ⌊adiuuãtibus &
vobis in orõne⌋ fusa ⌊pro nobis⌋.i. vestra oratiõe nobis succurrẽte, & istã orationẽ nobis pro-
merente seu impetrãte ad hũc fnẽ, ⌊vt ex multarũ psonis facierũ⌋.i. à personis diuersarũ dispo-
sitionũ, ætatũ, virtutũ, meritorũ atq; respectuũ. s. à cũctis gradib' fideliũ, q sunt ⌊eius q̃ in nobis
est donatiõis⌋.i. gratiæ nobis diuinit' distributæ ⌊participes, p multos⌋.i. ab his diuersis, plu-
ribusq; fidelibus ⌊gratiæ agant (deo) pro nobis⌋.i. pro nostri ereptiõe, vel vt oẽs fideles gra-
tias referãt deo pro cõseruatiõe vitæ meæ ad profectũ eorũ. Et merito hoc agere debẽt, dignũq;
est sic fieri. ⌊Nã gloria nostra⌋.i. causa atq; materia nostræ spũalis exultatiõis in deo ⌊hæc ẽ,
testimoniũ consciæ nostræ⌋.i. fiducialis testificatio consciæ propriæ. Secura eñ mens, q̃si iuge Prouer.15
cõuiuiũ. Semp vero psumit sæua conscientia pturbata. Deinde ponit qd sibi phibeat atq; teste Sap.17.
tur conscia sua, vel ⌊q in simplicitate⌋ bona q̃ duplicitatis plicã excludit, ⌊& synceritate⌋.i.
mũda intẽtione ac pura veritate ⌊dei, & non in sapiẽtia carnali⌋ aut seculari, q̃ docet sensibilia Iacobi.3
bona exquirere, de qua dicit: Nõ est ista sapientia de sursum, sed terrena, animalis & diabolica
⌊sed in gratia dei⌋.i. scdm instinctũ & opera gratiæ nobis à deo infusæ, ⌊cõuersati sum' in hoc
B mũdo⌋ à tpe cõuersionis nostræ ad Christũ, ⌊abũdãtius aũt⌋.i. gratiosius cõuersati sum' ⌊ad
vos⌋.i. vobiscũ, à qbus nihil recepim'. De hac laudabili simplicitate, qua hõ corde, ore & ope-
re vniformi mõ se habet, oẽm vitãs simulationẽ hypocrisiaq;, scriptũ est in Prouer. Recti habi- Prouer.3
tabũt in terra, & simplices permanebũt in ea. Et iterũ: Cũ simplicib' sermocinatio dei. Ad hãc Ibidem.
simplicitatẽ hortat Iacobus dicẽs: Purificate corda duplices aĩo. Porro q ita habuerim' nos ad Iacobi.4
vos, patet. ⌊Nõ eñ alia⌋.i. opposita ⌊scribimus vobis⌋ in hac secunda epła, ⌊q̃ quæ legistis⌋
in prima epła vobis à me missa, ⌊& cognouistis⌋ ex lectione illius epłæ, imo & p experientiã
operũ meorũ inter vos. ⌊Spero aũt q vsq; in finẽ⌋.i. perseuerãter ac firmiter ⌊cognoscetis⌋
nos in simplicitate & synceritate cõuersari, ⌊sicut & cognouistis nos ex parte⌋.i. quẽadmodũ Prouer.17
partim iã rectitudinẽ nostrã cõsideraftis, expertiq; estis ⌊qa gloria vestra⌋.i. cã vestræ lætitiæ
⌊nos sumus⌋ Honestus eñ & sapiẽs pater lætificat filios bonos, q vtiq; in gratia patris sui cor
dialiter iucũdant, ⌊sicut & vos⌋ estis gloria ⌊nostra⌋ Nã filius sapiẽs, gloria ẽ patris, vt Salo- Prouer.10
mon dicit: Maxime eñ gaudẽt boni patres de filiorũ suorũ profectu, sicut Iohãnes in sua ait ca
nonica: Maiorẽ horũ gratiã nõ habẽs, q̃ vt audiã filios meos in veritate ambulare. Vñ alio loco
dicit apłus: Nunc viuim' si vos statis in dño. Sic aũt vnus nostrũ est gloria alterius, ⌊in die dñi 1.Thess.3
nostri Iesu Christi⌋.i. ad hoc vt in die iudicij simul glorificemur. Vel, q vnus sit gloria alterius,
euidẽtius apparebit in die pdicto, qñ oĩa aperta erũt ac nuda, pp̃ter qd ips illud, dies vocat. ⌊Et
hac cõfidẽtia⌋ qua ita syncere me circa vos habui, & qa vnus nostrũ alterius est gloria, ⌊volui
C prius venire ad vos⌋ q̃ ire in Macedoniã, sicut promisi me vẽturũ ad vos, q̃uis ita nõ feci pro- Hebr.4
pter culpã vestrã. s. propter vestrã peruersitatẽ & litem, ⌊vt secũdã gratiã⌋.i. aliũ profectum,
⌊haberetis⌋ ex meo aduentu, q infructuosus non est, hoc est, vt sicut in primo aduentu meo ad 1.Cor.16
vos, instruxi vos circa credẽda, sic mõ docerẽ vos circa agenda, ⌊& per vos⌋.i. à vobis, & ve-
stro ducatu ⌊trãsire in Macedoniã⌋ prouinciam Græciæ, ⌊& à Macedonia (volui) venire ad
vos⌋ vt tertiã gratiã. i. pfectã informationẽ haberetis, ⌊& à vobis deduci in Iudæã⌋ vt sanctis,
qui ibi sunt, vestras eleemosynas ferrẽ. Sed qa apłus nõ venit sicut pdixit, qdã Corinthiorũ re-
prehẽderũt ipm de leuitate, falsitate & carnalitate, quasi pp̃ter corporale cõmodũ venire di-
stulerit. Ideo de his malis se excusans, adiecit. ⌊Cũ ergo hoc voluissem⌋.i. vos visitare optas-
sem, sicut iã dixi, ⌊nunqd leuitate (aut incõstabilitate) vsus sum?⌋ mutãdo ppositũ sine rõnabi
li causa? ⌊aut q̃ cogito (facere) secũdũ carnẽ cogito?⌋.i. nunqd carnali sensu vtor, dũ vos visi-
tare ppono, qd tñ nõ facio, tanq̃ propter carnis cõmoditatẽ hoc differã? ⌊Vt sit apud me est
& nõ⌋.i. affirmatio & negatio de eodẽ, puta mẽdaciũ. Nõ vtiq;, qm̃ nihil dixi intẽtione fallen
di, & hoc ipm qd dixi intelligendũ erat, nisi rõnabile impedimentũ occurreret. Mendaciũ vero
est falsa vocis significatio, cũ intẽtione fallẽdi. ⌊Fidelis aũt (.i. verus in promissis) deus⌋ est, idcir
co nõ mittit nũtios falsos & infideles, cuius signum vel ratio est, ⌊qa sermo noster q fuit apud
vos⌋.i. pdicatio nostra vobis pposita, ⌊nõ est in illo, est & nõ⌋.i. affirmãs & negãs aliquid de
eodẽ secundũ idẽ, sic eñ mẽdax esset, ⌊sed est in illo, est⌋.i. simpliciter affirmaui eẽ in deo, vel
in effectibus eius qd in eis est. i. qd eis veraciter cõpetit. ⌊Dei eñ filius Chrũs Iesus, q in vobis
per nos pdicatus est⌋.i. à nobis vobis euãgelizatus, videlicet ⌊per me⌋ sicut per principalem,
⌊& Syluanũ⌋ quẽ aliqui dicũt eẽ Sileam apłm, ⌊& Timotheum⌋ cooperatores, adiutoresq;
meos, ⌊nõ fuit in illo, est, & nõ est⌋.i. cõtradictionẽ includẽs, seu falsitatẽ, ⌊sed est in illo, fuit⌋
.i. sermo noster de Christo sic pronũciatus ẽ, sicut vere in Christo impletũ est. Vere eñ omnes,

passus ac resuscitatus est, sicut docuimus. ⌊Quotquot enim promissiones dei sunt⌋ .i. vniuersæ pro- D
missiones patris factæ de Chro, ⌊in illo etiã⌋ est .i. in Christo vere implent. Vnde Iohã. dicit:
Iohan. 1. Gratia & veritas p Christũ facta ẽ. Et Chrũs in cruce dicebat: Cõsummatũ est. ⌊Ideo dicim⁹
Iohan. 19 & per ipsm⌋ Christũ ⌊Amẽ⌋ .i. verè est, ⌊deo⌋ patri, qa per Christũ fatemur verificata eẽ pa
tris promissa, ⌊ad gloriã nostrã⌋ .i. ad nostrã salutẽ, q̃ cõsistit in hoc q̃ diuinã veritatẽ agnos-
Marci. 8. cimus atq̃ fatemur, sicut ait saluator: Qui me cõfessus fuerit corã hoĩbus, cõfitebor & ego eum
Luce. 12 corã patre meo. ⌊Qui aũt cõfirmat nos vobiscũ⌋ .i. nos & vos simul, ⌊in Christo⌋ .i. in fide &
Matth. 10 dilectiõe Christi, ⌊& q vnxit nos⌋ interna & spũali vnctione, vz perfusione spũs sancti, de q̃
1. Iohan. 3 & aplus Iohãnes: Vos vnctionẽ habetis à sancto: & vnctio ei⁹ docet vos de oĩbus. Hæc vnctio
primo cõfert in baptismo. Qui ergo sic cõfirmauit & vnxit nos, est ⌊deus, & q signauit nos⌋
.i. in libro vitæ cõscripsit, ab aliis discreuit, & ad se ptinere mõstrauit, ⌊& dedit pignus spũs⌋ .i.
arram spũs sancti, vz dona diuina, q̃ sunt pignus certificãs nos de inhabitatiõe spũs sancti, & fu
tura beatitudine nobis pstanda. (Ex perceptiõe qppe psentiũ munerũ certa fit expectatio futu
rorũ.) Itaq̃ q dedit pignus istud, ⌊in cordibus nostris⌋ in qbus dona spũs sancti recipiunt, est
Iacobi. 1 deus. Ideo oĩe bonũ ei ascribimus. ¶ Insup pandit cur ad eos nõ venerit. ⌊Ego aũt testẽ in-
uoco deũ⌋ .i. per deũ testor & iuro, & hoc ⌊in animã mrã⌋ .i. cõtra bonũ aĩæ meæ si mẽtior
⌊q̃ parcẽs vobis⌋ .i. vestræ infirmitati cõdescendens ac prouidẽs, ⌊nõ veni vltra⌋ .i. post pri-
mam vicẽ, vel à tpe vltimi recessus mei à vobis, ⌊Corinthũ.⌋ vz ne cogerer vehemẽter dure E
1. Cor. 4. corripere vos, ideo malui vos scripto corrigere, vobisq̃ aliquantũ correctis venire, ⌊nõ qa do
minamur fidei vestræ⌋ .i. vobis fidelibus. Tanq̃ dicat: Non ideo assero me vobis pepercisse,
quasi fides vestra nostro subiiciat imperio cũ fides sit voluntatis, vel quasi vobis dominemur.
1. Pet. 5. Vnde Petrus: Pascite, inqt, qui in vobis est gregẽ, non vt dominantes in cleris, sed forma gre-
gis effecti, ⌊sed adiutores (.i. cooperatores) sumus gaudii vestri⌋ spũalis q̃d nunc habetis per
fidẽ, & in futuro sortituri estis per speciẽ, hoc est, inducimus vos per exhortationem ad opera
bona, ex quibus gloriamini in dño iam in isto exilio, & per quæ futuram felicitatem meremi-
Matth. 25 ni, de qua saluator: Intra, inquit, in gaudiũ domini tui. Adiutores, inquam, sumus gaudii vestri,
idcirco. ⌊Nam fide statis⌋ .i. per fidẽ erecti estis ad drum in bonis operibus, ideo cooperamur
vobis, inducendo vos ad perseuerantiam atq̃ profectum.

¶ Explanatio capituli secundi, videlicet: Statui aũt hoc, &c. Art. II.

DEniq̃ plenius referans aplus, cur ad Corinthios vltra non venerit, ait: ⌊Statui autẽ
hoc apud me⌋ .i. in aĩo meo firmiter ordinaui atq̃ proposui ⌊ne iterũ in tristitia⌋
.i. cũ cordis dolore, ⌊venirẽ ad vos⌋ dolẽdo propter vestrã discordiã. Vel, in tristi-
tia .i. ne veniẽs vos tristes efficerẽ, corripiẽdo vos dure, doleo nãq̃ de vestra imper-
fectione. Quod patet p hoc. ⌊Si enim ego cõtristo vos⌋ redarguendo vestra pctã, ⌊& qs⌋ ex
vobis, ⌊est q me lætificet⌋ .i. tristitiã meã in lætitiã mutet, ⌊nisi q cõtristat⌋ .i. ad bonã tristi-
tiam .s. pœniam salutarẽ mouet, ⌊ex me⌋ .i. ex mea increpatione. Quẽadmodũ ergo de ve- F
stris culpis doleo, ita de pœnia vestra exulto. ⌊Et hoc ipsm⌋ videlicet q̃ nemo errantiũ in vo-
bis me lætificat, nisi q cõtristat ex me, ⌊scripsi vobis⌋ in ista epistola, ⌊vt nõ cum venero⌋ ad
vos ⌊tristitiã (nouã) sup tristitiã⌋ ante cõceptam ⌊habeam⌋ .i. ne vehemẽter dolẽã inuenien-
do vos in dissensionibus cõstitutos, ⌊de qbus⌋ .i. de quorũ profectu atq̃ salute, ⌊oportuerat⌋ .i.
decens erat, ⌊me gaudere⌋ in dño, eo q̃ sum ⌊cõfidens in omnibus vobis⌋ .i. de vestra corre
ctione & obedientia psumo & spero, ⌊qa meũ gaudiũ⌋ spũale, quo de vestri emendatione &
gratia lætor, ⌊omniũ vestrũ est⌋ .i. in vos redundat, vobisq̃ prodest atq̃ cõmune est. Sicut enim
ego de vestri correctione glorior, sic & vos de eadẽ gloriari debetis. Habui aũt magnã tristi-
tiam pcepta vestra dissensione, cuius signũ est. ⌊Nã ex multa tribulatione⌋ .i. afflictione ⌊&
angustia⌋ .i. pressura & solicitudine cordis, ⌊scripsi vobis⌋ superiorẽ epistolã, ⌊per multas la-
chrymas⌋ .i. copiose lugendo ob vestros errores. Et hoc feci, vel me hoc fecisse iam recito.
⌊Non (finaliter ad hoc) vt cõtristemini⌋ Tristitia nõ est finis vltimate intẽtus, sed gloria, ⌊sed
vt sciatis⌋ per experientiã curæ meæ ad vos, ⌊quã charitatẽ⌋ .i. quantã, quãmq̃ specialẽ dile-
ctionem, ⌊habeam abundantius⌋ .i. multũ abundãter, ⌊in vobis⌋ .i. ad vestras personas, hocq̃
scientes, libẽtius acquiescatis admonitionibus mris, certi q̃d ex charitate procedãt. Nihil enim
ita prouocat dilectionẽ, sicut dum vnus sentit se amari ab alio. Hinc etiã constat, q̃ bonũ ac vti-
le sit alii manifestare dilectionẽ quæ ad ipsm habetur, quia amanti facilius consentitur, per acci-
dens tamẽ hoc malũ est. Primo, si habeat speciem adulationis. Secũdo, si alter per hoc mouea-
tur ad gloriã vanã. ¶ Deinde agit apostolus de illo enormi & publico fornicatore, q patris sui
1. Cor. 5 habebat vxorẽ, quẽ & apostolus tradidit satanæ, sicut in prima epistola patuit. ⌊Si quis autẽ⌋
.i. aliquis vestrũ, ⌊me cõtristauit⌋ maxime fornicator pdictus ⌊nõ me cõtristauit⌋ tristitia im
moderata actum rationis impediente, q̃ in sapientẽ non cadit secundũ philosophũ. De qua tri
Prouer. 12 stitia scriptũ est: Nõ contristabit iustũ quicqd ei acciderit. Itẽq̃: Tristitiam longe expelle à te,
Eccl. 30. multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Itaq̃ non me cõtristauit omino, ⌊sed ex
parte⌋

A parte⌋.i.aliquo modo,& moderate,prout charitas exigit tristari de pc̃tõ alterius.Vel,non me
cõtristauit.i.solũ,sed ex parte.i.etiã aliqui aliorũ me cõtristarunt, & hoc dico ⌊vt non onerem
om̃es vos⌋.i.ne videar om̃ibus vobis graue culpã imponere,& increpationẽ inducere. ⌊Suffi
cit illi⌋.i.satis grauis,& pro sufficienti pœna reputanda est, ⌊qui eiusmodi est⌋.i.fornicatori
præfato,⌊obiurgatio hæc⌋.i.increpatio & excõicatio ⌊quæ fit⌋.i.facta est illi, ⌊à pluribus⌋
.i.ab oĩbus vobis q̃bus collectis obiurgatus fuit. Magnũ em̃ intra se fert tormentũ,q vitia sua
cernit ab oĩbus detestari.Et in tantũ sufficit ei obiurgatio ista,⌊ita vt ecõtrario⌋.s. pro excõ-
municatione,⌊magis donetis⌋ei.i.ignoscatis, ⌊& cõsolemini⌋ eũ verbis atq̃ exemplis sacræ
scripturæ ad diuinæ mĩæ cõmendationẽ spectãtibus,vt ẽ illud in Ezechiele : Nolo mortẽ pec Ezech.18
catoris. Et illud Zachariæ:Cõuertimini ad me,& cõuertar ad vos,dicit dñs:⌊ne forte abũdan Zacha.1
tiori tristitia absorbeatur⌋.i.inordinato mœrore,& excessiuo cordis dolore desperet & pereat,
⌊qui eiusmodi est⌋.i.fornicator tã dictus.Quia vt Salomon ait:In mœrore animi, deijcit spi- Prouer.15
ritus.Propter q̃d obsecro vos⌋ ex humilitate,qui possem p̃cipere ap̃lica authoritate,⌊vt con-
formetis⌋.i.per opera charitatiua ac fortia ostẽdatis ⌊in illũ (pœnitentẽ) charitatẽ⌋ fraternã,
hortãdo,cõsolando,atq̃ ad pristinã societatẽ & cõionem ip̃m admittendo. ⌊Ideo em̃ & scri-
psi vobis,vt cognoscã⌋.i.videã,⌊experimentũ vestrũ⌋.i.facta experimẽtalia, per q̃ experi-
mẽtaliter cõstet,⌊an in oĩbus⌋ p̃ceptis & admonitiõibus,⌊obedientes sitis⌋ mihi,q̃tenus si ita
nõ est,instruã vos plenius de obedientia ĝnaliter obseruãda. Viris quippe heroïcis,diuinis atq̃
perfectis,q̃s certũ est à spũ sancto moueri,in om̃ibus obediendũ videt,etiã si supra vires & con-
B tra rõnem naturalẽ videt q̃d iubetur.Cur vero donare & parcere debeãt p̃dicto pœnitẽti,quẽ
ap̃lus nõ exprimit nominatim ne cõfundat,subiungit:⌊Cui autẽ aliquid donastis⌋.i. et cui vos
ignouistis,⌊& ego donaui⌋ Nã cũ illi rogabãt apostolũ pro indulgẽtia & recõciliatione alicu-
ius iniusti,ap̃lus cõsensit,ideo dignũ est,vt & ipsi q̃q̃ ignoscãt pro q̃ rogat apostolus,& vt do-
natio seu remissio apostoli agnoscat rata & efficax.⌊Nam & ego donaui⌋.i.ignoui & absolui
p̃nitẽtẽ,⌊si q̃d donaui⌋ Hoc addit apostolus ad innuendũ, q̃ nõ passim aut indiscrete dona-
uit,sicut & Timotheo trãscripsit:Manus cito nemini imposueris,⌊propter vos⌋.i.ad vestram 1.Timo.5
instantiã,⌊hoc feci in persona Christi⌋.i.vice & loco Christi,cuius vicarij sum⁹, q̃bus & ipse Matth.18
suã potestatẽ cõmisit,& soluẽdi itẽq̃ ligãdi virtutẽ largitus ẽ,⌊vt nõ circũueniamur à satana⌋ Iohan.16
.i.ne à diabolo decipiamur,habẽdo nos nimiũ rigorose,aut nimis remisse circa subiectos, q̃rum
vtrũq̃ p̃lato vitãdum ẽ.⌊Nõ em̃ ignoramus cogitatiões eius⌋ in communi.i.machinamẽta,
astutias atq̃ suggestiones,q̃bus conat fideles à medio virtutis retrahere.In speciali tñ nescit a-
liquis cogitatiões dæmonũ,sicut nec hominũ,nisi ex speciali reuelatione.¶Præterea manifestat
apostolus,q̃ occasione Corinthiorũ impeditus sit Troade.⌊Cũ aũt venissem Troadem pro-
pter Euangeliũ Christi(illic p̃dicandũ)& ostiũ mihi apertum eẽt⌋ hoc ẽ, corda hominũ aperta
& p̃parata recipere verbũ dei,⌊in dño⌋.i.in virtute & gratia dei. Vel,in dño.i. secũdũ placitũ
volũtatis diuinæ,⌊non habui requiem spiritui meo⌋ hoc ẽ, mente quietus nõ fui,nec desiderio
meo satisfacere potui,⌊eo q̃ non inuenerim(ibi)Titũ fratrẽ meũ⌋ ep̃m Cretensiũ,sicut condi
C xeramus. Impeditus em̃ Titus & retardatus mãsit apud Corinthios.Vnde eo absente non po-
tuit apostolus & aduersarijs resistere,& fideles satis instruere,⌊sed valefaciens eis⌋ vel Troia-
nis couersis,⌊profectus sum in Macedoniã⌋ ad q̃d forsitan illud pertinet Actuum: Cum aũt Acto.16
pertransissent Misiam, descenderunt Troadem,& visio per noctẽ Paulo ostensa est: Vir Ma-
cedo q̃dã erat stans & deprecans eũ,& dicẽs:Transiens in Macedoniam,adiuua nos.¶Incipit 1.Cor.9
insuper apostolus cõmendare seip̃m,propter causas superius assignatas. ⌊Deo aũt gratias⌋ re-
ferimus,⌊q semper triumphat(triumphare)nos⌋facit, ⌊in Chr̃o Iesu⌋.i.in virtute & gratia
Christi,⌊& odorẽ notitiæ suæ⌋.i.dulcẽ ac odoriferã suæ maiestatis sapientiã, id ẽ,sacræ scri-
pturæ doctrinã,q̃ dulcis ẽ,q̃a inflãmat affectũ,q̃d nõ facit naturalis sapientia nisi debili modo,
⌊manifestat per nos⌋.i.per nostram p̃dicationẽ,⌊in om̃i loco⌋ Queadmodũ scriptum ẽ:In Psal.18
oẽm terrã exiuit sonus eorũ.⌊Quia Christi bonus odor sumus⌋.i.per nos,vel per nr̃æ p̃dica- Roma.8
tionis instantiã,operationẽ miraculosam,& cõuersationẽ exemplarẽ Chr̃i bonitas veritas,atq̃
dulcedo alijs innotescit ac sapit.De tali odore in Cãticis legit:Curremus in odorẽ vnguentorũ Cant.1
tuorũ. Itẽq̃:Odor oris tui,sicut odor malorũ punicorum.Sic ergo sumus bonus odor Christi, Cantic.7
⌊deo⌋.i.ad gloriã sanctæ & superbeatissimæ trinitatis,cuius fides & gloria mũdo per nos re-
uelatur,⌊in his qui salui fiunt,& in his qui pereunt(sed differẽter)alijs quidẽ⌋ videlicet repro-
bis,sumus ⌊odor mortis(culpæ)in mortem⌋ pœnæ æternæ, p accidẽs rõne peruersitatis
eorũ,q̃a ex nostra p̃dicatione & bonitate ad inuidiã incitantur,grauiusq̃ delinquunt, ⌊alijs au-
tem(puta electis,sumus)odor vitæ⌋ gratiæ,⌊tendentis in vitam⌋ gloriæ. Quia ex nostra p̃di-
catione diuino accẽduntur amore,q̃ nihil est dulcius.⌊Et ad hæc⌋ agenda,videlicet vt sit aliq̃s
bonus odor Christi(secundum modum dictum)⌊quis(illorũ pseudoapostolorũ)tã idoneus?⌋
est sicut nos apostoli? Nemo vtiq̃. ⌊Non em̃ sumus⌊ sicut plurimi,falsi doctores adulteran-
tes verbum dei⌋.i.peruerse interpretantes,& sine fructu debito facientes diuinam scripturam

⌞sed ex synceritate⌟ hoc est, pura intentione, & vero intellectu verba diuina p̄dicamus, ⌞sicut D
ex deo⌟ edocti, tanq̄ diuinitus informati, & loquentes ⌞coram deo⌟ hoc est, reuerenter & san
cte, ac si deum cerneremus præsentē, cuius præsentiā oculo intellectuali attendimus ⌞in Chri
sto⌟, i. secundum Christi voluntatem & institutionem ⌞loquimur⌟

¶ Declaratio Cap. III. scilicet: Incipimus &c. Art. III.

MAnifestatum erat apostolo, q̄ aliqui Corinthiorū scandalizabant in hoc q̄d toties
Prouer. 27 cōmendauit seipsum, quasi inaniter moueret, propriā magis q̄ dei gloriā quærens,
Iohan. 8. quod est cōtra Salomonis doctrinā, dicentis: Laudet te alienus & nō os tuū, extra-
neus, & nō labia tua. Vnde & saluator: Si glorifico meipsum, gloria mea nihil est.
Ideo Apostolus in huius capitis exordio excludit malā suspitionē illorū, dicendo. ⌞Incipimus
iterū⌟ in hac epistola, sicut in prima ⌞cōmendare⌟ .i. laudare ⌞nosipsos?⌟ videlicet, propter
propriā gloriā nostrā, & nō potius propter gloriā dei, ad vestri instructionē, vt agnita verita-
te nobis credatis, nō pseudoapostolis? ⌞Aut nunqd egemus, sicut quidā⌟ fallaces atq; hypocri-
tæ ⌞cōmendatitijs⌟ .i. laudatorijs ⌞epistolis (mittendis) ad vos, aut ex vobis⌟ hoc est, à vobis
ad alios transmittendis? quasi diceret: Nequaq̄ indigemus hmōi epistolis ex parte nostri, quem
propria virtus satis cōmendat, tamen propter ignaros necessariū est ne fallantur. Quod aūt nō
indigemus cōmendatitijs literis patet. ⌞Nam epistola nostra⌟ .i. aliquid simile epistolæ nostræ,
videlicet conuersi ac instituti à nobis, ⌞vos estis⌟ quia in vobis nostra virtus & sapientia decla
rātur, q̄si in libro: Epistola inquā, ⌞scripta⌟ .i. vehementer impressa ⌞in cordibus nostris⌟ q̄m E
indefinenter memoriam, solicitudinemq; pro vestra salute habemus, ⌞quæ (epistola) scitur, &
legitur ab omnibus hominibus⌟ .i. cunctis fidelibus constat vos esse conuersos, & institutos à
nobis. Legunt quoq; & discunt seu pensant in vobis, vel ex vestræ conuersationis intuitu quales
nos simus, sicut ex consideratione discipuli innotescit prudentia perfectioq; magistri, ⌞manife
stati⌟ .i. per fidem & opera bona hoc alijs de vobis ostensum est, ⌞quoniā epistola estis Chri-
sti⌟ hoc est à Christo principaliter instituti & scripti, cuius etiam virtus & gratia in vobis re-
præsentatur, ⌞ministrata⌟ .i. nostro ministerio ad fidē deducti, & Chr̄o exhibiti estis. Epistola
(inquam) scripta, ⌞nō atramento⌟ quomodo scripsit Baruch ex ore Hieremiæ, ⌞sed spūs dei
viui⌟ .i. spū sancto, à quo instituti estis, & inter electos ascripti, Ipse eñ est digitus dei, quo diui-
na in nobis scribuntur, seu imprimuntur. De quo loquitur Chrūs: Si in digito dei eijcio dæmo
Hiere. 36 nia, &c. Scripti autem ⌞nō in tabulis lapideis⌟ (quomodo scripta erat lex Moysi) hoc est, non
Lucæ. 11 instituti in cordibus duris, nec huiusmodi cordibus impressi, ⌞sed in tabulis cordis carnalibus⌟
Exod. 34 id est, cordibus pijs ac mollibus. Vel, in intellectu prudenti, voluntate benigna, memoria stabi
Prouer. 7 li. De q̄bus tabulis legitur in Prouerbijs: Serua mandata & legē, quasi pupillam oculi, & in ta-
bulis cordis tui scribe ea. In talibus ergo tabulis fideles scripti dicuntur à spū sancto. Primo, q̄a
per eius institutionē & gratiā corda habēt hmōi lata. s. per charitatem, aperta, per obedientialē
promptitudinē plena, p māsuetudinē mollia, per diuini verbi celerē receptionē & cōpunctio-
nem. Vnde dn̄s per Ezechielē promittit: Auferā cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis
Ezech 36 cor carneum, & spm̄ nouū ponā in medio vestri. Secūdo, q̄a pijs fidelibus p̄. prælatis ac pro- F
ximis impressit spūs sanctus curā de salute aliorum. ¶ Præterea, declarat Apostolus quod non
EPIST. proprie commendet seipsum, sed deū cū omne bonū ei asscribat. ⌞Fiduciā aūt talē⌟ hoc est,
audaciam, sic loquendi de nostris p̄conijs, ⌞habemus p Christū⌟ .i. à Chr̄o per gratiā eius ⌞ad
deum⌟ trinitatē, coram q̄ ista fiducialiter dicimus: ⌞Nō q̄d sufficientes simus cogitare⌟ & per
cōsequēs nec dicere, nec facere possumus ⌞aliqd⌟ meritoriū ⌞à nobis⌟ .i. propria p̄tāte ⌞quasi
ex nobis⌟ .i. tanq̄ ex prima & principali virtute, licet eñ nos simus causa operis boni per libe
rum arbitrium (q̄a nec aliter mereremur) natura tñ nostra indiget gratia, nā liberū arbitriū indi
get nō solum habitu gr̄æ supnaturalis, & diuinæ dilectiōis, sed etiā actuali motione spūs sancti
nos excitātis. In quo dānatur error Pelagij, asserētis q̄d inchoatio operū meritoriorū fit à nobis,
cōsummatio vero à deo. Inchoatio eñ in nobis, est cogitatio, in qua operaᵗ deus secundū apo
stolū. Vnde alibi loquiᵗ: Deus operaᵗ in nobis velle & perficere. Ideo subditur: ⌞sed sufficien-
Phil. 2 tia nr̄a⌟ hoc ē, virtus & efficacia meritorie cogitādi, loquendi ac operādi, ⌞ex deo est⌟ .i. ex mo
Iacobi. 1 tione & gr̄a dei, à q̄ est om̄e donū optimū & datū p̄fectū. Propter q̄d ait saluator: Sine me ni-
Iohan. 15 hil potestis facere. Et per prophetā: Perditio tua Israel ex te, in me tantūmodo auxiliū tuum,
Osee. 13 ⌞q̄ & idoneos nos fecit ministros⌟ .i. efficaces & dignos p̄dicatores ⌞noui testamēti⌟ .i. euan-
gelicæ legis, ⌞nō lr̄a⌟ .i. nō instructiōe lr̄ali, ⌞sed spū⌟ .i. illustratiōe spūs sancti, à q̄ vitā & sapiē
tiam nos ad tm̄ officiū dignificātē accepimus. Nouū quippe testamentū nō est datū ap̄lis p ex-
teriorē scripturā, sed internā illustrationē. Ideo vocaᵗ lex spūs. Lex autē Mosaica appellaᵗ lex
Exod. 34 literæ, q̄a in libro ac tabulis scripta. Ad cuius distinctiōis insinuationē dn̄s ait per Hieremiam:
Hiere. 13 Ecce dies veniūt, & feriam domui Israel, & domui Iuda pactū nouū, nō tale quale pepigi cū pa-
tribus eorū, &c. Ratio aūt cur deus nos fecit idoneos nō lr̄a sed spū, est. ⌞Lr̄a eñ⌟ .i. lex scripta,
⌞occidit⌟ ex occasione, q̄a nō cōtulit gratiā, & auxit cōcupiscentiā, eo quod homo nitatur in

veti-

A vetitum,auxit ꝗꝗ generaliter culpā,qm̄ post veritatis notitiā,grauius est peccare ꝗ̄ ante.⌊ ſpūs aūt⌋ ſanctus,q pec apoſtoloꝝ miniſtratione dabat fidelibus,& nūc per ſacramēta eccleſiæ da tur hoībus,⌊ viuificat⌋ vita grāæ corda credentiū. Vel ſic: ⌊ Litera.i.ſenſus literalis,vel potius,q literalis videt,occidit,ſpūs aūt.i.intellectus ſpūalis ac myſticus viuificat.Proinde oſtēdit apoſto lus dignitatē miniſtroꝝ noui teſtamēti cōparatiōe miniſtroꝝ vet.teſt.⌊ Quod ſi⌋.i.ꝗa mini- ſtratio mortis⌋.i.exhibitio inſtrumentalis veteris legis per occaſionē occidentis animā tranſ- greſſoris(vt dictū eſt ſæpius)Virtus eñ peccati lex & etiā mortē corporalē facile inferentis, ⌊ li teris⌋ viſibilibus ⌊ deformata⌋ .i.ſcripta ⌊ in lapidibus⌋ .i.lapideis tabulis ⌊ fuit in gloria,⌋.i. gloriā habuit in ſuo miniſtro,ſeu myſteriali legiſlatore,⌊ ita vt nō poſſent filij iſrael intēdere⌋ .i.viſum figere,⌊ in faciē Moyſi propter gloriā⌋.i.claritatē ⌊ vultus eius⌋ In quo apparuerūt radij ſplendidi,angulariter aſcendētes in ſimilitudine cornuū repcutientes intuitū filioꝝ Iſrael. Vnde & facies eius dī fuiſſe cornuta,⌊ quæ euacuat⌋.i.quæ claritas Moyſi vel ꝗ̄ miniſtratio fi- nitur & ceſſat.Cito eñ deſiit claritas illa. Vetus ꝗꝗ lex ceſſauit,noua lege promulgata ⌊ qūo nō magis miniſtratio ſpūs⌋.i.euāgelicæ legis,gratiā ſancti ſpūs rōne ſacramētoꝝ continentis, ⌊ erit in gloria?⌋.i.dignitatem & gloriā habebit in ſuis miniſtris(puta apoſtolis)in pſenti atꝗ futuro,etiā ampliorē ꝗ̄ miniſtratio mortis? Q.d.imo habebit.Ideo ſubdit: ⌊ Nā ſi miniſtratio dānatiōis⌋.i.veteris legis,dānationē accidēter æternā augentis & inferentis,qm̄ pctm̄ peohi- bendo,nec tñ gratiā largiendo,auxit pctm̄,ſicꝗ dānationi fecit obnoxiū. Sicut eñ occidit,ita & dānauit.De cuius rei intellectu tractatū eſt plenius ad Rom̄.Si ergo miniſtratio iſta, ⌊ gloria

B eſt⌋.i.honor & dignitas Moyſi,⌊ multo magis abūdat miniſteriū iuſtitiæ⌋.i.miniſtratio no- uæ legis verā perfectionē & gratiā iuſte viuenti includentis,⌊ in gloria⌋.i. copioſiorē gloriam habet annexā.Ecce qūo ſanctus apl'us ſeipm̄,& coapoſtolos ſuos Moyſi præfert, ſaltem ꝗ̄tum ad gratias gratis datas.⌊ Nā necdū glorificatū eſt⌋.i.glorioſum reputandū nō eſt,⌊ ꝗd claruit in hac parte⌋.i.lumē vultus Moyſi,⌊ propter excellentē gloriā⌋.i.propter vehementē exceſ- ſum dignitatis & gloriæ miniſtris noui teſtamenti cōceſſum,ꝗ̄ tanta eſt vt cōparatiōe eius,glo- ria vultus Moyſi,quaſi nihil ſit.Vel ſic: Nā nec glorificatū eſt.i.hoībus perfecte reuelari nō po tuit ꝗd claruit in hac parte.i.gloria miniſtris nouæ legis collata. Tāta eñ eſt gloria & dignitas apoſtoloꝝ,vt viatores capere nequeant.¶ Porro ꝗd ſubditur,vtriꝗ conſonat expoſitioni. ⌊ Si eñ ꝗd euacuatur⌋.i.vetus teſtamentū ꝗd ceſſauit,⌊ per gloriā eſt⌋.i. per gloriā & claritatem Moyſi præſtitū,datū ac receptū eſt,⌊ multo magis ꝗd manet⌋.i.noua lex,cui alia nō ſuccedet danda à deo,⌊ in gloria eſt⌋.i.dignitatē glorioſam habet annexā.⌊ Habētes igit talē ſpem⌋ vi delicet ꝗd tāta nobis collata eſt gratia,& tāta gloria pparata,⌊ multa fiducia vtimur⌋.i.cū in- genti cōfidentia noſtrū officiū exercemus certi de gloria remuneratiōis,& nō cęlamus myſte- ria ſcripturaꝝ,ſeu myſticos ſenſus,⌊ & nō ſicut Moyſes ponebat velamen⌋.i. pannū quendā ſeu operimentū,⌊ ſup faciē ſuā⌋ cornutā, ſeu lucidā ex colloquio dei ⌊ vt non intenderent filij Iſrael in faciē eius⌋ ꝗa nec eā inſpicere poterāt præ ſplendore,niſi eēt velo obducta. Per ꝗd fi- gurabatur,ꝗd ſpūalis & verus intellectus veteris teſtamenti tegebat obſcuritatibus figuraꝝ le-

C galium,⌊ quod(velamen)euacuatur⌋.i.per doctrinā apoſtoloꝝ atꝗ doctoꝝ auferi,dū veteris teſtamenti ſcriptura vere elucidat,⌊ ſed obtuſi(.i.excæcati)ſunt ſenſus eoꝝ⌋ hoc eſt,mentales oculi infidelium iudæoꝝ,iuxta illud: Obſcurent oculi eoꝝ ne videant. ⌊ Vſꝗ in hodiernū eñ diem idipm̄ velamen⌋.i.figuralis obſcuritas legis,⌊ in lectione veteris teſtamenti⌋.i.dum le- gitur ſcriptura veteris teſtamenti,⌊ Iudæis manet nō reuelatū⌋.i.occulta,ſeu nō intellecta,quia non aliter intelligunt ſcripturas legis veteris modo quàm ante.ideo velamen nō eſt amotum à corde eoꝝ,ꝗ̄uis à re ipſa amotum ſit.Vnde ſubditur: ⌊ quoniā in Chriſto euacuatur⌋ hoc ē per fidem & doctrinā Chriſti amouetur,& veritas ſcripturaꝝ oſtenditur.In cuius figura,tem pore dñicæ paſſionis velum templi eſt ſciſſum à ſummo vſꝗ deorſum. Per Chriſti etenī paſ- ſionem reuelantur legis ac prophetaꝝ ſacramenta. Velamen itaꝗ appellatur opertio prophe- tiæ ꝗ̄ in Chriſto impletur.⌊ Sed vſꝗ in hodiernū diem⌋.i.tempus gratiæ ⌊ cū legit Moyſes⌋ Pentatheucum,videlicet ſcriptura quinꝗ libroꝝ Moyſi,⌊ velamen⌋.i.cæcitas ſeu opertio iſta ⌊ eſt poſitum ſuper cor eoꝝ⌋.i.infidelium Iudæoꝝ.⌊ Cum aūt conuerſi fuerint ad dñm⌋ re- cipiendo fidem catholicam,⌊ auferetur velamen⌋ prædictum à corde eoꝝ,imo iſta conuerſio aliquid aliud nō videtur,niſi velaminis huius ablatio:tunc eñ illuminabūtur corda ipſoꝝ,iuxta illud propheticū. Poſt hæc reuertentur filij Iſrael & quærent dñm deum ſuum,& Dauid regē ſuum.i.Meſſiam,ſicut Iudæi ꝗꝗ exponunt.¶ Deniꝗ ꝗd per ſpiritum ſanctū auferatur vela- men,declarat: ⌊ Dñs aūt ſpūs eſt.⌋ Quàmuis hoc de deo trinitate veꝝ ſit,iuxta illud : Spiritus eſt deus,iam tamen de ſpū ſancto aſſeritur,qui cū ſit dñs,omnia agit quæ vult,& qūo vult,ſicut ſuperius dictū eſt: Hæc oīa operatur vnus atꝗ idem ſpūs,diuidens ſingulis,prout vult.Illumi- nat ergo ꝗs vult,& derelinquit quos vult,ſicut legitur: Spūs vbi vult,ſpirat. ⌊ Vbi autem⌋ eſt ⌊ ſpiritus domini⌋ id eſt,in mente quam per gratiam ſpiritus ſanctus inhabitat,⌊ ibi libertas⌋ dilectionis,non coactio timoris,libera vacatio animi à iugo diaboli, & à ſeruitute peccati, ad contem-

Acto.3.& 6.8
1.Cor.15.
Exod.34
Roma.3
Roma.6
Roma.7
Roma.8.
Exod.34
Pſalm.68
Matth.27.
Marc.15.
Luc.23.
Oſee.3
Iohan.4.
1.Cor.12
Iohan.3.

contemplandum, diligendũ, ac operandũ ea quæ dei sunt. Infidelibus itaq; inest velamẽ. ⌊Nos D
vero oẽs⌋.i. fideles, precipue apostoli & viri perfecti ⌊reuelata facie⌋ interiori .i. intellectu à p-
Esaię.40 dicto velamine liberato ⌊gloriã dei⌋.i. maiestatẽ diuinã, seu dñm gloriosum, vel filiũ dei patris
Prouer.10. de quo Esaias: Reuelabitur (inquit) gloria dñi. Siquidẽ filius sapiens gloria patris est, ⌊speculã-
1.Cor.13 tes⌋ nũc per fidẽ, & per speculũ in ænigmate ⌊in eandẽ imaginẽ⌋.i. diuinæ maiestatis seu filij
Iohan. 3 dei quandam deiformẽ assimilationẽ ⌊transformamur⌋ quia cognitio fit per assimilationem
Boetius cognoscẽtis ad cognitũ, scdm Boetium. Ideo cõtẽplator diuinorũ diuinus seu deiformis effici-
tur. Trãsformamur aũt.i. salubriter cõmutamur, ⌊à claritate⌋ luminis naturalis, ⌊in claritatẽ⌋
luminis gr̃æ, & à claritate viæ seu gr̃æ, in claritatẽ patriæ & gloriæ. Vel sic, & melius, vt opinor.
A claritate in claritatẽ.i. de gratia minori in gratiã ampliorẽ, proficiẽdo in bonis & proficiscẽ-
Psalm. 83. do de virtutibus in virtutes. Quãto enĩ diuinorũ cõtemplationi magis insistimus, tanto exube-
rantiori lumine cœlestis gratiæ perfundimur atque implemur, & transformamur.i. à forma seu
modo propriæ subsistentiæ transferimur ad diuinæ naturæ seu formæ modũ ac imitationem.
Imo vnũ cũ deo per charitatẽ efficimur, angelicã & diuinã in hoc exilio cõuersationẽ inchoan-
Roma.8 tes. ¶Et oĩa hæc nobis insunt & competunt non à nobis, sed ⌊tanq̃ à dñi spũ⌋.i. virtute & gra
tia spũs sancti, sicut alibi dictũ est: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

¶Elucidatio capituli quarti, videlicet: Ideo habentes hanc administrationem.

Articulus quartus.

2.Cor. 3. Laudauit se sanctus Apl̃us ad gloriã dei, & ædificationẽ audientiũ in p̃cedenti capitu- E
Ephe.4 lo rõne dignitatis ministerij sibi cõmissi, nũc idẽ facit ex debito vsu obsequij sui, ostẽ-
Roma. 12 dens se fructuose & optime vsum gr̃a sibi cõcessa. ⌊Ideo⌋.i. qm̃ tantã claritatẽ à spũ
sancto suscepimus ⌊habẽtes hãc administrationẽ⌋ nouæ legis, vel apostolatũ, seu mi-
nisteriũ tãtæ dignitatis ⌊iuxta q̃d misericordiã cõsequuti sumus⌋ hoc ẽ, secundũ mẽsurã diuinę
pietatis nobis impẽsæ, ⌊nõ deficimus⌋ in aduersis, nec ab executiõe nostri cessam⁹ officij, ⌊sed
abdicamus⌋ .i. abijcimus ⌊occulta dedecoris⌋.i. vitia latentia, q̃ nõ decẽt, sed deformãt & in-
Iob. 36. decorãt, ⌊nõ ambulantes in astutia⌋.i. non dolose, aut simulatorie cõuersantes sicut hypocri-
Prouer. 4. tæ. Simulatores nãq; & callidi prouocãt iram dei. Astutia aũt qñq; in bono accipit, pro quadã
Prouer. 14 circũspectione, sicut in Prouerbijs legit: Astutus cõsiderat gressus suos. Nũc vero pro versutia
sumitur. Vnde Salomon: Vir (inq̃t) versutus odiosus est, ⌊neq; adulterãtes⌋.i. puerse interpre-
tantes, seu admiscẽtes falsitatibus, ⌊verbũ dei⌋ vel euangelium Christi, ⌊sed in manifestatione
veritatis⌋ cõuersamur.i. ipsam veritatẽ publice p̃dicamus, & clare exponimus, ⌊cõmendãtes⌋
.i. commẽdabiles seu laude dignos faciẽtes, ⌊nosmetipsos⌋ recte docẽdo, & bene agẽdo, ⌊ad
oẽm cõscientiã hoĩm⌋ hoc ẽ, testimonia conscientiarũ, vel in cõscientijs hoĩm, ita vt nemo bo
1.Reg. 16 na cõscientia vituperare nos poterit. Et hoc facimus ⌊coram deo⌋.i. diuinã præsentiã cogitã-
do, nosq; in dei cuncta cernentis conspectu ponendo, cum omni reuerentia atq; custodia cor-
dis. ⌊Quod si etiã opertũ est euangeliũ nostrũ⌋ hoc est, si p̃dicatio nostra de Christo aliquib⁹
absconditur, ita vt eã non audiãt, vel auditã nõ capiant, ⌊in his qui pereunt⌋ hoc est, in cordib⁹
Iohan. 14 reproborũ ⌊opertũ est⌋.i. occultatũ est hoc modo, ⌊in q̃bus deus huius seculi⌋.i. diabolus do-
1.Timo.1. minus impiorũ. De quo ait saluator: Venit ad me princeps huius mundi, ⌊excæcauit⌋ coope- F
Exodi.7 ratiue seu suggestiue ⌊mẽtes infidelium⌋ Vel, deus huius seculi.i. deus verus omnium seculorũ,
Exod.10 hominumq; malorũ creator, & deus excæcauit mẽtes.i. intellectus infidelium permissiue. Quẽ-
Exo.11 14. admodum dicitur Pharaonis cor indurasse. Vnde & Chr̃us in euangelio: In iudicium (inquit)
Iohan. 9 ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant, ⌊vt nõ fulge-
at⌋ innotescat ⌊eis illuminatio euangelij⌋.i. euãgelica doctrina ⌊gloriæ⌋.i. maiestatis ⌊Chri-
Iohan. 14. sti, qui est imago dei⌋.i. à patre scdm rõnem similitudinis genitus. Est enĩ à patre procedens,
PEIS T. eiq; similis & æqualis per omnia. Propter q̃d ipse ait: Qui videt me, videt & patrẽ. ¶Porro q̃d
Chr̃us sit imago dei hinc liquet. ⌊Non enim nosmetipsos p̃dicamus⌋ quasi in nobis salus ve-
stra consistat, ⌊sed Iesum Christũ dñm nostrũ⌋ prædicamus esse omniũ saluatorẽ, ⌊nos autẽ
seruos vestros⌋ esse p̃dicamus, hoc est, nobis seruientes in exhibitiõe spũalium alimẽtorũ, pa-
rãtes vobis mẽsam dñi, spũalemq; escã proponẽtes, ⌊per Iesum⌋.i. ex cõmissione & p gratiam
Christi q nobis hoc iniunxit officium. ⌊Qm̃ deus⌋ trinus, simplex, atq; oĩpotens ⌊q dixit⌋.i.
interiori verbo fecit, ⌊de tenebris⌋.i. post tenebras. Vel, de tenebris.i. de materia obscura ⌊lu-
Gene.1. cem⌋ sensibilẽ ⌊splẽdescere⌋.i. inchoatiue oriri. Vnde dr̃ in Genesi: In principio creauit deus
Esa.9.60 cœlũ & terrã, & tenebræ erãt sup faciem abyssi, dixitq; deus: Fiat lux, & facta est lux, ⌊illuxit in
Psal.69.10 cordibus nostris⌋.i. lumẽ fidei, atq; diuinæ sapiẽtiæ, mẽtibus nostris infudit, ⌊ad illuminatio-
nem sciẽtię claritatis dei⌋.i. ad hoc vt nos illuminemur ad cognoscendũ claritatẽ.i. nobilitatẽ,
seu excellentiã dei. Vel, ad illuminationẽ, &c.i. ad hoc vt alios doceamus de notitia claritatis dei
.i. pfectiõis diuinæ. Illuminationẽ (inquã) sciẽtiæ tendẽtis, ⌊in faciẽ Iesu Chr̃i⌋.i. dirigentis nos
ad verã Christi notitiã, qua eum agnoscimus eẽ deum & hominem. Facies autem notitiã signi
ficat, qua per faciem vnusquisq; potissimum cognoscitur. ⌊Habemus autem thesaurũ istum⌋
hoc est,

A Hoc est, gratiā tātæ illuminationis. Vnde & Salomon: Thesaurus, inq̃t, desiderabilis in ore sa- Prouer.21.
pientis. Et rursus: Prætiosior est sapiētia cūctis opibus, & oīa quæ desiderant, huic nō valēt cō- Prouer.3
parari, ⌊in vasis fictilibus⌋ .i. corp̃ibus fragilibus, nō q̃d corpus, q̃d est pars integralis hominis,
sit huius thesauri subiectū immediatū, sed aīa. Qm̃ tñ aīæ subiectū est corpus, ideo nos in corp̃e
peregrinātes, dicimur thesaurū istū habere in vasis fictilibus, ⌊vt sublimitas⌋ .i. altitudo nostræ
perfectiōis in vita, in signis, in documētis, ⌊sit virtutis dei⌋ .i. deo ascribat, nō nostræ fragilita-
ti. Ideo addit: ⌊& nō ex nobis⌋ .i. nō ex nostro naturali potestate oriri putetur. ⌊In oībus⌋
loco, causa & tēpore, saltem in gñe, ⌊tribulationē patimur⌋ propter iustitiā ⌊sed nō angustia-
mur⌋ .i. nō opprimimur mente, q̃a de dei auxilio certi sumus. ⌊Aporiamur⌋ hoc est, tp̃alibus
bonis priuamur, & pauperes sumus, ⌊sed nō destituimur⌋ .i. nō caremus sp̃ualibus, verisq̃ di- Matth.5
uitijs. Imo in his tāto magis abundamus, q̃to in illis pauperiores propter Chr̃m sumus. Etenī,
beati pauperes, qm̃ ipsorū est regnū cœlorū, ⌊persequutionē⌋ .i. de loco ad locū fugationē, ⌊pa Matth.15
timur, sed nō derelinquimur (à deo) deijcimur⌋ .i. cōculcamur, ⌊sed non perimus⌋ qm̃ libera- Luc.6.
mur semper à dño corp̃aliter aut sp̃ualiter & interim vtroq̃ mō. ⌊Semper mortificationē Ie- Phil.1.
su⌋ .i. passionē dñicā, ⌊in corpore nostro circūferentes⌋ per cruciformē imitationē, & corporis Gala.6
quotidianā flagellationē. Vnde alibi dicit ap̃ls: In oīni fiducia magnificabitur Chr̃s in corp̃e
meo, siue per vitā, siue per mortē. Itē: Ego stigmata dñi Iesu in corpore meo porto, ⌊vt & vi-
ta Iesu⌋ .i. cōuersatio quam habuit in hoc mūdo, ⌊in corporibus nostris manifestetur⌋ .i. Chr̃i Philip.3
vestigia in agendo sectemur. Vel vita Iesu, immortalis quam nunc habet, in corporibus nostris
B manifestetur in resurrectione futura, q̃n reformabit corpus humilitatis nr̃æ cōfiguratū corpori
claritatis suæ. ⌊Semper enim⌋ .i. in omni differentia tp̃is, in genere ⌊nos⌋ Apostoli, & alij suc
cessores nostri, ⌊q̃ viuimus⌋ nūc in vita naturæ & gratiæ, ⌊in mortē tradimur⌋ hoc est, peri-
culis mortis afficimur, ⌊propter Iesum⌋ .i. eius amore, & propter p̃dicationē euāgelicæ verita
tis. Sicut & Chr̃s p̃dixit: Venit hora vt omnis q̃ interficit vos arbitretur obsequiū se præstare Iohan.16
deo. Et denuo: Eritis odio oībus hominibus propter filiū hominis, ⌊vt & vita Iesu⌋ quā ha- Matth.10
bet iam immortalis, manifestetur in carne nostra mortali⌋ hoc est, gloria immortalitatis nostræ
carnis præstetur, quādo corruptibile hoc induet incorruptionē, & mortale hoc immortalitatē.
⌊Ergo mors (.i. passio Christi) operatur in nobis⌋ .i. fructuosa est nobis, excitando nos ad sui 1.Cor.15.
imitationē ⌊Vita aūt⌋ naturæ seu culpæ operat̃, ⌊in vobis⌋ qui Christi vestigia imitari negli-
gitis. Vel vita gratiæ .s. fides & charitas operat̃ in vobis opera meritoria, q̃a per hoc q̃d nos ta-
liter mortificamur vos ad deum cōuertimini, & viuitis coram illo. ¶ Deinceps ostendit eandē Psal.43
fuisse fidem in populo vtriusq̃ testamenti, tractatq̃ de diuersis effectibus, meritis & actibus fi-
dei. ⌊Habentes aūt⌋ nos noui testamenti ministri, ⌊eundem spiritum fidei⌋ hoc est, sp̃m san-
ctum fidei datorem quem habuerunt sancti antiqui. Vel per spiritum fidei, intelligenda ē ipsa
fides, vel gratia seu motio fidei, quæ vna & eadem est, in his qui ante Christi aduentum fuerūt,
& in posterioribus, quāmuis sit modo magis explicita, ⌊sicut scriptum est⌋ in libro psalmorū
à Dauid propheta. ⌊Credidi (corde) propter quod locutus sum⌋ ore, verba fidelis confessio- Psalm.115.
C nis. Confessio nanq̃ ista est actus fidei. Vnde alibi dictum est: Corde creditur ad iustitiam, ore Roman.10
autem confessio fit ad salutem, ⌊& nos credimus⌋ ea quæ illi, ⌊propter quod & loquimur⌋ fi-
dem catholicam confitendo ac prædicando, ⌊scientes (fide certissima) quoniam⌋ deus pater seu Roma.8
trinitas, ⌊qui suscitauit Iesum⌋ occisum à morte, ⌊& nos (electos) cum Iesu⌋ hoc ē, sicut & Ie
sum, vel ad hoc vt simus cum Iesu in regno, ⌊suscitabit⌋ in die nouissimo, ⌊& constituet (nos)
vobiscum⌋ ad dexteram in patria, vbi agni ponentur. ⌊Omnia enim propter vos⌋ .i. vniuersa Matth.25
ministeria nostra ad vestrā ordināntur salutem, ⌊vt gratia⌋ dei ⌊abundans per multos⌋ id est,
ab vno transfusa seu ministrata in alium, secundum quod Petrus hortatur: Vnusquisq̃ sicut ac- 1.Pet.4.
cepit gratiam in alterutrum illam administrantes, ⌊in gratiarum actione abundet⌋ .i. cum gra-
tiarum actione copiose referatur & ordinetur, seu refluat ad suum principium scilicet deum, ⌊in
gloriam dei⌋ quatenus omnes deo gratias referant, & omne charisma gratiæ illi tribuāt. ⌊Pro-
pter quod⌋ prosequendum, videlicet vt deo gratiæ referantur, ⌊nō deficimus⌋ in aduersis, nec
fatigamur in opere bono, nec cessamus, quoniam sola perseuerantia coronatur. ⌊Sed licet is q̃ Mat.10.24
foris est noster homo⌋ .i. caro nostra mortalis, in qua est humana effigies, qua homines eē co- Gene.1
gnoscimur, ⌊corrumpatur⌋ quotidie tendendo ad mortē, & sustinendo læsuras ac plagas, ⌊ta
men is qui intus est⌋ .i. aīa nostra in qua est summæ trinitatis imago, ⌊renouatur⌋ recipiendo
noua lumina gratiarū, reflorendo in dei cognitione, ascendēdo in diuino amore, ⌊de die in diē⌋
.i. assidue, dum sp̃ualiter crescimus atq̃ proficimus. Hoc aūt dicitur non quasi in nobis sint duo
homines, sed propter distinctionē essentialiū partium hominis. ⌊Id enim q̃d in p̃senti⌋ exilio
seu tempore, ⌊est momentaneū & leue tribulationis nostræ⌋ .i. tribulatio ista leuis atq̃ breuis- Roma.8
sima, ⌊comparatione futuræ iucunditatis ac æternitatis, quam patimur iam ⌊supra modū⌋ .i.
vltra cōdignū & capacitatē nostri intellectus, ⌊in sublimitate⌋ .i. in regno cœlesti. Vel, in libe
ralitate bonitatis diuinæ, ⌊æternum gloriæ pondus⌋ hoc est, perpetuam felicitatis mensuram.

De qua

Lucæ.6 De qua ait saluator: Mensurã bonam & confertã & coagitatam dabunt in sinus vestros, ⌊ope- D
ratur⌋ .i. meretur & efficit ⌊in nobis⌋ nunc per spem, postmodum vero in re, ⌊non contem-
plantibus nobis⌋ .i. quia nõ principaliter aspicimus, nec finaliter intuemur, ⌊quæ videntur⌋ .i.
Esa.64 visibilia & terrena, ⌊sed quæ non videntur⌋ .i. bona supercœlestia, quæ oculus non vidit, nec
1.Cor.2 auris audiuit. ⌊Quæ enim videntur⌋ .i. à nobis oculo corporali, ⌊temporalia sunt⌋ .i. transito-
ria & caduca, ⌊quæ autem non videntur⌋ hoc est, spiritualia bona nobis præparata in regno
⌊æterna sunt⌋ essentialiter vel participatiue.

¶ Elucidatio capituli quinti, videlicet: Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra dissoluatur. Art. V.

2.Cor.4 DIxit Apostolus in fine præcedentis capituli, q̃d leuis ac momentanea tribulatio præ-
sentis exilij æternũ gloriæ pondus operet in nobis. Huius aũt nunc assignat rõnem.
⌊Scimus enim⌋ per reuelationẽ diuinam, ⌊qm̃ si terrestris domus nostra⌋ .i. q̃d si
caro nostra mortalis ⌊huius habitationis⌋ .i. præsentis mãsionis, qua anima degit,
2.Cor.15 ac hospitatur in corpore ⌊dissoluatur⌋ per mortẽ, vel pro Chr̃o occidat, ⌊q̃d ædificationẽ⌋
1.Pet.5 .i. habitaculũ, ⌊ex deo (.i. à diuina virtute) habemus⌋ in spe, & habebimus tãdẽ in re, videlicet
⌊domũ non manufactã⌋ .i. carnẽ impassibilem, glorificatam, nõ humana potẽtia, sed diuina
⌊æternã in cœlis⌋ hoc est, in cœlo perpetuo duraturã. Vel, ab æterno prædestinatã. Sed quo-
niam hanc domũ nõ habebimus ante diem iudicij, Apostolus loqui videt de eo q̃d statim post
dissolutionẽ corporis, animæ perfectorũ cõsequunt. Ideo alij per domũ istam nõ manufactã in-
Iohan.14. telligunt gloriã animæ, q̃ dicit domus propter excellentiã suã ad animæ capacitatẽ. Vnde te- E
statur Christus In domo patris mei mãsiones multæ sunt. i. distincti gradus præmiorũ. Alij vero
per domũ istã intelligunt cœlũ empyreum, q̃d est locus atq; palatiũ beatorũ. Et dicitur nõ ma-
Hebræ.9 nufactũ. Iuxta illud ad Hebræos: Nõ in manufacta sancta Iesus introijt, sed in ip̃m cœlũ. ⌊Nã
Prouer.13. & in hoc ingemiscimus⌋ .i. desiderio huius domus, & gloriæ suspiramus & flemus præ tædio
dilationis. Spes em̃ quæ differt, affligit animã, ⌊habitationẽ nostrã quæ de cœlo est⌋ .i. hanc
domũ nõ manufactã, cœlestẽ, vel e cœlesti virtute formatã, seu gloriæ cõsequutionem, ⌊super-
indui⌋ hoc est, ea operiri, circũdari, siue ornari, ⌊cupientes⌋ quod vtiq; desiderium ortum ha-
4.Reg.6. bet à fide, non à lumine naturali. Sumus autem veraciter & efficaciter ista cupientes, ⌊si tamen
vestiti⌋ donis & gratijs spũs sancti, ⌊non nudi⌋ à bonis operibus, ⌊inueniamur⌋ à deo cũcta
Sapiæ.9. spectante. ⌊Nam & qui sumus in hoc tabernaculo⌋ hoc est, in hoc passibili corpore degimus,
⌊ingemiscimus⌋ suspirando ad habitationẽ cœlestem, ⌊grauati⌋ pondere atq; miserijs cor-
ruptibilis carnis. Corpus nãq; quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabi-
tatio sensum multa cogitantem. Ingemiscimus autem ⌊eo quod nolumus expoliari⌋ hoc est,
à corporis vnione penitus atq; finaliter separari, cum naturale sit animæ corpus informare, &
sancti in patria cupiunt corporibus glorificandis coniungi, ⌊sed superuestiri⌋ immortalitatẽ,
& glorificationem corporis adipisci, ⌊vt absorbeatur quod mortale est⌋ .i. mortalitas, pœna-
litas, & imperfectio auferantur à corpore, ⌊à vita⌋ .i. ab impassibilitate, & gloria superueniẽte,
prædictã imperfectionẽ excludente. ⌊Qui aũt efficit nos in hoc ip̃m⌋ hoc est, qui prædictam
2.Cor.2 voluntatem inspirat, vel ad huius desiderij consummationẽ perducit, est ⌊deus⌋ nõ causa natu- F
Psal.26 ralis ⌊qui dedit nobis pignus spũs⌋ Hoc idem secũdo capitulo huius epistolæ dictum est atq;
expositum. ⌊Audentes igitur semper⌋ hoc est, incessanter audemus ex magna in deum fidu-
tia futuram habitationẽ appetere, atq; in omnibus viriliter agere, ⌊& scientes⌋ auxiliũ gratiæ
nobis collatum. Causa aũt audaciæ subditur, ⌊qm̃ dum sumus⌋ .i. viuimus, ⌊in corpore⌋ isto
mortali ⌊peregrinamur à dño⌋ .i. patria separamur, atq; à deo distamus, conuersando in valle
1.Iohan.3 lachrymarũ, in carcere mortis, in graui exilio. ⌊Per fidẽ em̃ ambulamus⌋ .i. per obscuram, noti-
1.Cor.13 tiam ad patriam tendimus, ⌊& non per speciem⌋ hoc est, propriam & adæquatam similitudi-
nem, deum nõ cernimus. Nõ enim videmus eũ, sicut est, id est, clare, seu facie ad faciem, sed per
formas creatas, quæ à repræsentatione perfecta, ac faciali diuinæ essentiæ in infinitum deficiũt,
Roma.8 sicut in præcedenti epistola pertractatum est planius. ⌊Audemus aũt⌋ hoc est, fiducialiter ꝗri-
Phil.1 mus, non metu mortis retracti, aut aliqua difficultate victi, ⌊& bonã voluntatẽ⌋ .i. rationabi-
le desideriũ ⌊habemus magis peregrinari à corpore⌋ .i. potius à corpore per mortẽ separa-
ri, ⌊& præsentes esse ad dñm⌋ .i. deo immediate vniri, eumq; coram, & per speciẽ intueri. ⌊Lo-
Psalm.15 quitur aũt de præsentia gloriæ, non de præsentia gratiæ tantũ. Vnde ait Psalmographus: Ad-
Psalm.41 implebis me lætitia cum vultu tuo. Item: Quando veniam & apparebo ante faciem dei? ⌊Et
ideo⌋ .s. vt deo feliciter vniamur ⌊contendimus⌋ .i. forti conatu studemus, ⌊siue absentes⌋
hoc est, à domino peregrinantes, & in hac vita manentes, ⌊siue præsentes⌋ .i. diuino iudicio pꝛæ-
sentati, ⌊placere illi⌋ .i. ne separemur ab eius conspectu. Nam & in diuino iudicio satagemus
respondere pro nobis ad ea quæ contra nos proponent diaboli. Merito aũt contendimus deo
placere. ⌊Omnes em̃ nos⌋ .i. homines vniuersos, bonos ac malos, ⌊manifestari⌋ .i. publice pꝛæ-
sentari, seu apparere, ⌊oportet⌋ vel in iudicio particulari statim post mortem, vel in iudicio
vniuer

claret, seu fides cõfirmet, vt patet in suscitatiõe defuncti. Ad fidei aũt cõfirmationẽ nõ p
ficeret omissio grĩæ, cũ nõ percipiat à nobis. ¶Deniq nullũ ministeriũ adeo magnũ est,
q p inferiores expleri nõ valeat, qa scdm Greg. archãgeli appellant, q summa annũtiãt.
¶Insup nll'a psona viatoris pstãtior ẽ Maria, nullũ qq ministeriũ mai' est annũtiatiõe fi
Lucæ. 1. lij dei, & tñ ad beatissimã virginẽ pro hoc summo negotio missus ẽ angelus Gabriel, q est F
de scdo ordine infimæ hierarchiæ. Ex his cõcludit sctũs doctor, q angeli superiores nũq
ad exterius ministeriũ destinent. Et hoc veri' reor, psertim ppter hoc, qm̃ dictis D. Dio
Esa. 6 nysii poti' cõsonat. Dicit qq B. Dionysi' q angel' missus ad Esaiã nõ erat de ordine Sera
phin, sed vn' de inferioribus. Dr' vero vn' de Seraphin, vl' qm̃ missus ab vno de ordine Se
raphin, vel rõne sui effectus, qa labia pphetæ incẽdẽdo purgauit. Dicit etiã Thomas, q si
cut diuinis psonis, vcz filio & spiritui sctõ, attribuit duplex missio vcputa inuisibilis, ppter
grĩæ infusionẽ, atq visibilis ppter creaturã corpalẽ assumptã, vel manifestatã, sic angelis
cõuenit duplex missio. s. interior scdm opatiões intellectuales, put vnus illuminat alium.
Sicq supiores mittunt, medios & iferiores illustrãdo, & ad exteriora officia dirigẽdo or
dine hierarchico. Alia ẽ eorũ exterior missio scdm actus trãseũtes circa corporeã creatu
rã, sic soli iferiores mittunt. Oẽs ergo sunt administratorij spũs in ministeriũ missiõe inte
riori vl' exteriori. Quatuor ãt supiores ordines nõ mittunt ad extra scdm Thomã, sed qñ
q inferiores, vcz angeli, archãgeli, principatus, potestates, virtutes.

¶Explanatio. II. ca. vcz: Propterea abundantius oportet obseruare nos &c.

¶Articulus secundus

DEclarata excellẽtia Chr'i, cõseqnter ondit cũ qta diligẽtia obseruãda sit doctrĩa
& lex tãti mgr'i. Propterea .i. cũ tãta sit dignitas Chr'i legislatoris nr'i abũdã
tius .i. multũ reuerẽter & timorate, vl' copiosi' atq pfecti', q à Iudęis obserua
ta fuit lex Moysi. oportet (.i. ad salutẽ necessariũ ẽ) obseruare nos .i. sæpi' reco
Iohan. 1. lẽdo, & fortiter adimplẽdo. ea q audiuim' .i. à Chr'o mediate vl' imediate, q & qtidie lo
quit nobis p euãgeliũ, ne forte pefluam' .i. penit' pereamus & in æternũ dãnemur. Flui
mus qp-

A mus q̄ppe ꝑ pc̄tā venialia & mortalis naturæ q̄tidiana tormēta, ficut Iob ait: Hō natus de Iob. 14
mulιere breui viuēs tpe, replet multis miserijs, & nunq̄ in eodē statu ꝑmanet. Propter q̄d 2. Reg. 10
ait scriptura: Oēs morimur & q̄si aq̄ dilabimur in terrā, q̄ nō reuertēt. Effluim⁹ aūt ꝑ pc̄tā
mortalia. Sed peffluim⁹, .i. pfecte effluim⁹ incidēdo ęterna cruciamēta. Q̄d ergo tā diligē
ter seruāda sint verba Chr̄i, pbat apl̄s ꝑ locū à minori. ⌊Si eī q̄ ꝑ angelos dictus ē sermo⌋
.i. q̄a doctrina dei ministerio angelorꝝ tradita Moysi, ꝓut Stephanus dixit: Accepistis le Acto. 7
gē i dispóne angelorꝝ ⌊fact⁹ ē firm⁹⌋ .i. rate seuereq́ꝫ inuīcta ac firmiter seruata ē & mul- Marc. 16
tiplr̄ cōfirmata miracul̄, minis, pęnis, atqꝫ ꝓmissis, ⌊& oīs ꝑuaricatio⌋ .i. legis trāsgressio Ezech. 18.
mala cōmittēdo, ⌊& inobediētia⌋ .i. custodia p̄ceptorꝝ bona omittēdo. Quorꝝ primū est
cōtra p̄cepta negatiua, scd̄m cōtra p̄cepta affirmatiua ⌊accepit iustā mercedis retributio
nē⌋ .i. debitā pęnā, tpe veteris testamēti in ppl̄o Iudęorꝝ, quē admodū Moyses scripsit, ꝓ Deut. 25
mēsura pc̄ti, erit & plagarꝫ mod⁹. Cū ergo ita sit, ⌊quō nos (Chr̄iani) effugiem⁹⌋ vltionē
diuinę iustitiæ, ⌊si tātā neglexerim⁹ salutē?⌋ .i. tā salutarē Chr̄i doctrinā, tā copiosam ei⁹
grām, tātā btitudinē nobis ab eo ꝓmissam ꝑuipēderim⁹ & obliti fuerimus? ⌊Quæ⌋ salus Matth. 9
⌊cū initiū accepisset enarrari ꝑ dn̄m⌋ (.i. cū à Chr̄o cępta est p̄dicari) ab eis q̄ audierūt⌋ .i. Acto. 1
ab ore apl̄orꝝ q̄ cū Chr̄o corporalr̄ cōuersati sunt, eiusq́ꝫ sermonib⁹ interfuerūt, q̄bus & di Matth. 13
ctū est: Vobis datū ē nosse mysteriū regni dei. Et: Bt̄i oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis, ⌊in nos Ibidem
cōfirmata ē⌋ .i. nobis firmiter annūtiata atqꝫ ingesta ē. Hoc dicit apl̄s in ꝑsona fideliū, nō 2. Cor. 12
sui. Ipse eñ à Chr̄o īmediate edoct⁹ fuit in raptu. Vñ ad Gala. loq̄t: Mihi q̄ videbant esse Galat. 2
aliq̄d (vcꝫ Petr⁹, Iacobus, & Iohānes) nihil cōtulerūt. Cōfirmata ē ergo hęc salus in nos,
B ⌊cōtestāte (.i. p̄dicatiōi apl̄orꝝ testimoniū ꝑhibēte) deo⌋ q̄ neminē fallit ⌊signis⌋ .i. ꝑ mi
nora miracula. Quę q̄tū ad substātiā facta, fieri pñt ꝑ naturā, nō tñ q̄ ad modū fiēdi, sicut ē Acto. 4
quarūdā infirmitatū depulsio, q̄ fieri p̄t à medicis, ⌊& portētis⌋ .i. ꝑ maiora miracula, quę
sunt oīo supra naturā, vt ē suscitatio mortui ⌊& varijs virtutib⁹⌋ .i. potētissimis dei effecti
b⁹, q̄ nō solū naturalē cursum, sed etiā rōnē hūanā excedūt, vt ē penetratio dimēsionū. Vl̄
varijs virtutib⁹ .i. habitib⁹ vl̄ virtuosis atqꝫ īfusis vcꝫ fide, spe, charitate donisq́ꝫ spūs sancti
⌊& spūs sc̄ti distributiōib⁹⌋ .i. gratijs gratis datis à spū, de q̄bus dictū Corīthijs iā ē. Alij 1. Cor. 12
dat ꝑ spm̄ sermo sapiæ, alij sermo sciæ, alij gr̄a linguarꝫ, alij discretio spirituū. Quæ prio
datæ sunt sanctis apl̄is in die Pētecostes, & ꝑ eos datæ sunt alijs multis, vt legit in Actib⁹ Acto. 2. 8.
apl̄orꝫ: Quæ oīa facta & data sunt ⌊scd̄m suā volūtatē⌋ .i. ex bn̄placito dei, q̄ oīa operat 13. 17.
scd̄m ꝓpositū volūtatis suę, nō scd̄m merita hoim. Alioq̄n gr̄a iam nō eēt gr̄a. Hæc sunt Ephe. 1.
Chr̄ianæ fidei argumēta. Incōprehēsibilis nāqꝫ supnaturalisq́ꝫ veritas supnaturalib⁹ atqꝫ Roma. 11.
diuinis eguit argumētis. Vñ & in euāgelio scribit: Illi ꝓfecti p̄dicauerūt vbiqꝫ, dn̄o coope Marc. 16
rāte, & sermonē cōfirmāte seq̄ntib⁹ signis. Hinc in Iohānis ep̄la scriptū ē: Qui nō credit
in filiū, mēdacē facit p̄rem, q̄m nō credit in testimoniū, q̄d testificatus ē deus de filio suo. 1. Iohan. 5
De q̄ testimonio ait & fili⁹: Opa q̄ dedit p̄r, testimoniū ꝑhibēt de me. Q̄d āt nō effugiem⁹
vltionē diuinā si tātā neglexerimus salutē, ꝓbat apl̄s ꝑ hoc ꝙ Chr̄us sublimior ē atqꝫ po Iohan. 10
tētior angelis ⌊Nō eñ angelis subiecit deus orbē terrę futurꝫ⌋ .i. orbē terræ, seu mūdū se
cūdū statū quē habebit post diē iudicij, q̄uis īterim aliq̄ mō subiectus sit eis, q̄m mouēt cœ
lestia corpa, q̄rū motu & influētia trāsmutant hæc īferiora, ⌊de q̄ (orbe terrę futuro) loq̄
C mur⌋ de orbe eñ terræ q̄tū ad statū futurꝫ intēdit Apl̄us loq̄. Opꝫ ergo aduertere, ꝙ cū
oīa corpalia & terrena ordinent ad hoīem, sicut duplex ē stat⁹ seu pfectio hoīs, vna scd̄m
suā īstitutionē in via hui⁹ iudicij, alia scd̄m suā glorificationē in p̄ria cęlesti, sic duplex ē sta
tus orbis terrę seu mūdi, vn⁹ scd̄m successionē gn̄atiōis & corruptiōis, donec cōpleat nūe
rus electorꝝ, q̄ dr̄ status pñs, durās vsqꝫ ad diē iudicij, alius scd̄m futuræ renouatiōis stabi Matth. 24
litatē, q̄ fiet in die nouissimo. Quāuis āt mūd⁹ seu orbis terrę in vtroqꝫ statu sit substātialr̄
idē, tñ ꝓpter drñam statuū dr̄ orbis terrę pñs, & orbis terrę futur⁹. Quēadmodū āt hoīes
q̄tū ad statū pn̄tem, subiecti sunt angelis, q̄a regunt, purgant, illuminant, ac pficiunt ab
eis scd̄m Dionysiū, quæ tñ prælatio in futuro statu cessabit, quātū ad nouā influentiā. Sic
orbis terræ, scd̄m p̄sentē statū, angelis est subiectus, iuxta modū p̄dictū. Sed scd̄m statum
futurꝫ, eis nō erit subiectus. Tunc eñ alteratiōes & generatiōes cessabūt. Hęc expositio vi
det mihi textui magis conformis. Glossa tñ alijs modis exponit hunc locū, quā inspicere
pōt, q̄ aliū sensum req̄rit. ¶Porro, ꝙ Chr̄o orbis futurus subijciat, ꝓbat Apl̄us authori
tate Psalmistæ: ⌊Testificatus est aūt in q̄dā loco, q̄s⌋ .i. q̄dā famosus, puta Dauid ꝓphe-
ta p̄clarus, ⌊dicēs: Quid est hō (q̄cūqꝫ sit ille) q̄d memor es eius⌋ ò dn̄e deus oīpotēs. Tan Psal. 8
q̄ dicat: Vilis & modicus est cōparatiōe tuæ maiestatis, cū sit corpalis, mortalis, ac fragi-
lis, propter q̄d mirū est, ꝙ tā benigne dignaris eū respicere, adiuuare, & sublimare, p̄ser- Sap. 6.
tim assumendo eius naturā, ⌊aut (q̄d est) filius hoīs⌋ .i. Chr̄us, scd̄m naturā assumptam,
⌊q̄m visitas eum?⌋ vniendo tuæ increatæ ꝑsonalitati eius humanitatē, & habitādo in ea
quasi in templo. Quasi dicat: Hoc humanitati Chr̄i ex sua naturali dignitate, seu meritis
non cōuenit. ⌊Minuisti eum paulominus ab angelis⌋ .i. quamuis Chr̄m scd̄m humani-
tatem

tatem sic visitaueris atq; sublimaueris, tñ quãtũ ad aliq̃d, fecisti eũ angelis inferiorẽ, vcʒ D
quo ad corpis sui passibilitatẽ ac mortẽ, q̃ angelis nõ conueniũt ꝑpter naturæ ipsoꝝ excel
lentiã, cũ sint immateriales eẽntiæ, ⌊ gl'ia & honore coronasti eũ ⌋ gloria est clara cũ lau-
de notitia. Honor vero est exhibitio reuerẽtiæ in signũ virtutis. Deus ergo pater seu tri-
Iohan. 1 nitas coronauit. i. vndiq; & multipl'r decorauit Chr̃m hoĩem gloria, infundẽdo cordibus
hoĩm clarã cognitionẽ excellẽtiæ Chr̃i, & honore, inducẽdo fideles ad venerationẽ &
cultũ ipsius. Vel gloria, i. beatitudine aĩæ, vel corpis glorificatiõe, in resurrectiõe. Et ho-
nore, i. eleuatiõe ad dexterã tuã in ascẽsione coronasti eũ, ⌊ & cõstitui eũ sup opa manuũ
Apoca. 19 tuaꝝ ⌋ hoc est, oĩbus creaturis eum ꝓposuisti, faciẽs eum regẽ regũ, & dñm dñantium.
Quod post resurrectionẽ factũ est, quãtũ ad manifestationẽ. ⌊ Omnia ⌋ visibilia & inuisi-
bilia, suprema, media, & infima, ⌊ subiecisti sub pedibus eius ⌋. i. ei ꝑfecte subdidisti, quã-
Matth. 28 tum ad ptãtis collationẽ, etiã ab exordio incarnatiõis. Tũc em̃ data ẽ homini Chr̃o ptãs
atq; ꝑlatio sup vniuersa creata. ⌊ In eo aũt q̃d (deus) ei ⌋ vcʒ Chr̃o, ⌊ oĩa subiecit, nihil di-
misit nõ subiectũ ei ⌋. i. vniuersal'r sine exceptiõe cũcta ei subiecit. Veruntñ qm̃ nondum
subiecta sunt ei oĩa quãtũ ad ptãtis executionẽ, & plenã manifestationẽ, subiungit: ⌊ Nũc
autẽ ⌋. i. tpe isto vsq; ad diem iudicij, ⌊ necdũ videmus oĩa subiecta ei ⌋ quãtũ ad executio
Esa. 45 nem, & plenã manifestationẽ, q̃d tñ fiet in die nouissimo, qñ iuxta Esaiæ oraculũ, Ad eũ
veniẽt & cõfundent oẽs q̃ repugnãt ei. Nunc em̃ multi Chr̃o resistũt, & nullã sentiunt
pœnã, cum blasphemãt vel inhonorãt, & nullũ experiunt supplicĩũ. Sed post diem iudicij
ita nõ erit. Extunc em̃ coacte erũt ei subiecti pœnas luẽdo, q̃ nũc libere repugnãt illi im- E
pie cõuersando. Ideo cõueniẽter ꝑdictũ est futurũ orbẽ Chr̃o subijciẽdum. ⌊ Eum aũt q̃
modico q̃ angeli minoratus est ⌋ hoc est, q̃ in paruo minor factus est angelis. s. quãtũ ad
corpis passibilitatẽ ⌊ videmus (oculo fidei) Iesum ⌋. s. minoratũ ⌊ ꝓpter passionẽ mortis ⌋
. i. merito suæ passiõis letalis mortẽ sibi inferẽtis. ⌊ gloria & honore coronatũ ⌋ sicut expo
Philip. 2 situ est. Vnde dictũ est alibi: Fact' est obediẽs vsq; ad mortẽ. Propter q̃d & deus exaltauit
Psalm. 109 illũ. Et in Psalmo: De torrẽte in via bibet, ꝓpterea exaltabit caput. Ideo aũt modico, q̃
angeli minoratus est. i. mortalis effectus assumẽdo naturã passibilẽ, ⌊ vt gr̃a dei ⌋. i. nõ hu
manis meritis, sed gratuita dei volũtate & pia liberalitate, ⌊ pro oĩbus gustaret mortẽ ⌋. i.
Esaiæ. 53 ꝓ vniuersoꝝ salute, q̃tũ in se ẽ, mortis amaritudinẽ experiret. Vñ & ꝓpheta: Dñs (inq̃t)
Matth. 20. posuit in eo iniq̃tatẽ oĩm nr̃m. Pro solis tñ electis passus ẽ Chr̃us q̃tũ ad efficaciã, ꝓut ait:
Marc. 10 Venit filius hoĩs dare aĩam suã redẽptionẽ pro multis. ⌊ Decebat em̃ eũ ꝓpter quẽ oĩa, &
ꝑ quẽ oĩa ⌋. i. cõueniẽs erat deo pr̃i ꝓpter quẽ oĩa facta sunt ab ipõ, sicut ꝓpter cãm fi
Prouer. 16 nalẽ. Oĩa eĩ ꝓpter seipm̃ opat' ẽ dñs, & ꝑ quẽ oĩa. i. à q̃ oĩa facta sũt, sicut ex cã efficiẽte. Vl'
ꝑ quẽ sicut ꝑ cãm exẽplarẽ, ⌊ q̃ multos filios (adoptiuos, vcʒ hoĩes electos) in gl'iam addu
xerat ⌋. i. ad æternã btitudinẽ ꝑducere ꝓordinauit in sua ꝓdestinatiõe æterna ⌊ authorẽ
Ephe. 1. salutis eoꝝ ⌋ hoc ẽ, Chr̃m electorẽ saluatorẽ, q̃ eis salutẽ ꝓmeruit sua passiõe dignissima,
⌊ ꝑ passionẽ cõsummare ⌋. i. ꝑ mortẽ crucis ab hac vita tollere, exponẽdo, vcʒ imò tradẽ
do eũ morti crucis ꝓ nr̃a redẽptiõe. Vel, ꝑ passionẽ cõsummare. i. ad finẽ seu cõsumma-
tionẽ nr̃æ liberatiõis, merito passiõis adducere. Cõueniẽtissimus q̃ppe mod' hũanę redẽ-
ptiõis fuit, q̃ pr̃ vnigenitũ suũ hũana natura vestiuit, & morti ꝓ hoĩm saluatiõe exposuit.
Quia ꝑ hoc maxime cõmẽdat bonitas & mĩa ei', qua miseris & aliũde seductis tã clemẽ F
Iob. 34 ter subuenit. Iustitia quoq; qm̃ pctã hoĩm nõ reliq̃t inulta. Nulla etiã pura creatura digna
erat ꝓ hoĩb' satisfacere, tãta ẽ enormitas culpę ꝑ cõparationẽ ad deũ & dignitas vitę ęter
nę cõsistẽtis in deo, sicut in ĩmediato obiecto. Decuit etiã eãdẽ naturã pati in saluatore, q̃
erat in saluãdis reparãda. Q̃d vero decuit Chr̃m pati oñdit apl's: Q̃m̃ decet sc̃tificatorẽ,
Gene. 3 & sc̃tificatos eẽ eiusdẽ naturæ, q̃tenus satisfaciat q̃d offendit. i. eadẽ natura patiẽdo refor-
met, q̃ male agẽdo peccauit. Natura ergo hũana in p̃rio parẽte, posterisq; ĩfecta, ꝑ Chr̃i
hũanitatẽ fuerat reparãda. Dicit igit' ⌊ Qui em̃ sanctificat ⌋. i. Chr̃s q̃ pctõres à vitijs pur
gat, ⌊ & q̃ sc̃tificant (. i. electi q̃ merito suæ passiõis mũdant) ex vno oẽs ⌋. i. ex eodẽ pr̃e at
q; principio ꝓfluxerũt. Chr̃s nẽpe sc̃dm̃ assumptã hũanitatẽ descẽdit de Adã, sicut & nos
excepta ĩfectiõe originalis pct̃i, & q̃ ĩmediate de virgine natus ẽ. Sc̃dm̃ diuinã vero na-
Luc. 2. turã, natus ẽ pr̃e æterno, de q̃ & nos nati sum': difformiter tñ, qm̃ ipe ẽ filius naturalis &
vnic', nos aũt adoptiui & plurimi. ⌊ Propter quã cãm ⌋ vcʒ qm̃ Chr̃s & mẽbra eius (puta
fideles) vnũ paternũ principiũ hñt, & in natura cõicant. Vñ & ait in Iohãne: Ascẽdo ad
Iohan. 21 pr̃ẽ meũ & patrẽ vr̃m, ⌊ nõ cõfũdit fr̃es eos vocare ⌋ nõ obstãte q̃ ipe sit de' ver', & hõ à
1 Pet. 2. pctõ immunis. Illi vero ꝓpter pctm̃ degeneres, ⌊ dicens: ⌋ ad pr̃em in Psalmo: ⌊ Nuntia
Psal. 21. bo nomẽ tuũ fratribus meis ⌋. i. teipm̃ & gl'iam tuã ò pater ꝓdicabo apl'is, alijsq; discipu-
Matth. 28. lis. De his em̃ dixit Mariæ Magdalenæ: Vade & dic fratribus meis: ⌊ In medio ecclesiæ ⌋
Iohan. 20. primitiuæ, vcʒ inter fideles primo cõuersos, ⌊ laudabo te ⌋ Stetit em̃ Iesus in medio disci
Actoꝝ. 1 pulorũ suoꝝ, q̃bus & sæpe apparuit per dies quadraginta intrãs & exiens, & quadã vice
1. Cor. 15. plus q̃ quingẽtis fratribus apparẽs. Hæc etiã fecit saluator añ passionẽ, qñ seorsum disci-
Marc. 4

pulus

A pulis suis disseruit oĩa. Põt q̃q; generalr̃ de oĩbus fidelibus accipi, q̃bus Chr̃us p̃ ap̃ſos & successores eoꝝ nomẽ p̃ris æterni p̃dicauit, atq; in medio ecclesiæ, .i. vbiq; in omni cõgregatiõe fideliũ, eũ laudauit, imo & laudat & p̃dicat. ⌊Et itꝝ.⌋ Chr̃us ait p̃ Esaiã, quãtũ ad sensum, q̃uis verba nõ habeant in nr̃a trãſlatiõe, ſcd̃m hãc formã. ⌊Ego ero fidens in eũ.⌋ .i. ego Chr̃us, ſcd̃m q̃d hõ passibilis, ſperabo in deũ, nõ p̃ ſpem quę est virtus theologica, quã nõ habuit, ſed p̃ quãdã fiduciã, qua reſurrectionẽ & corp̃is glorificationẽ ab eo certiſſime expectaui. Hoc ãt Chr̃o nõ cõpeteret, niſi verus hõ fuiſſet, ideo nõ cõfundit hoĩs vocare frẽs. ⌊Et iteꝝ (Chr̃us ait) Ecce ego & pueri mei.⌋ .i. diſcipuli & ſp̃uales filij mei, q̃bus & dixit: Pueri, nunq̃d pulmẽtariũ habetis? ⌊Q̃s dedit mihi dñs.⌋ .i. p̃ charitatẽ & grãm mihi tanq̃ capiti copulauit, eosq; p̃ me ſaluare decreuit. De talibus dicit in Euãgelio: Tui erãt, & mihi eos dediſti. Itemq;: Pater, manifeſtaui nomẽ tuũ hoĩbus, q̃s dediſti mihi de mũdo. Ex hoc teſtimonio patet, q̃ tã ipſi q̃ Chr̃s ſint ex vno principio, ſ. deo. Hãc authoritatẽ Esaiæ intelligit Lyra melius hoc loco, q̃ ſup̃ Esaiã. Hic nãq; dicit eã lr̃am de diſcipulis Chr̃i debere intelligi, ibi vero exponit eã lr̃aliter de diſcipulis Esaiæ. ¶ Deinde oñdit q̃ decuit Chr̃m incarnari & pati, ex parte ſaluãdoꝝ. ⌊Quia ergo pueri.⌋ .i. fideles electi, ⌊cõicauerunt carni & ſanguini.⌋ .i. ex corp̃e & aĩa facti ſunt, & hoĩes mortales fuerunt. ⌊Et ipſe (Chr̃s) participauit eiſdẽ.⌋ .i. carnẽ verã & aĩam rõnalẽ aſſumpſit, fact᷒ mortalis, ⌊vt p̃ mortẽ (.i. p̃priæ paſſiõis merita) deſtrueret.⌋ .i. ſuperaret & foras eijceret ⌊eum, q̃ habebat mortis imperiũ .i. diabolũ⌋ mortis authorẽ, q̃ hoĩes ad mortẽ culpę induxit. Ex qua ſecuta eſt mors naturę, & mors ſecũda, vꝫ mors gehẽnæ. Deus eñ mortem nõ fecit, Apoca. 21

B ſed inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terraꝝ. Habuit ãt diabolus mortis imperiũ, q̃m Sap. 1
añ Chr̃i aduẽtũ oẽs q̃dãmodo in morte detinuit. In libro tñ Sapiæ dr̃, deus habere imperiũ vitæ & mortis. Et in Apocalypſi ait Saluator: Habeo claues mortis & inferni. Sed de Sap. 16
us dr̃ habere mortis imperiũ, q̃a q̃s vult in morte relinq̃t, & q̃s vult à morte reducit. Nõ Apo. 1
aũt inducit mortẽ culpæ, Chr̃us vero habet claues mortis, hoc ẽ, p̃tãtẽ relaxãdi p̃ctã, ⌊Et liberaret.⌋ Chr̃us ſua paſſiõe ⌊eos q̃ timore mortis (corp̃alis) p̃ totã vitã obnoxij.⌋ .i. rei & ſubditi ⌊erãt ſeruituti⌋ culpę ac dæmonis .i. hoĩes vniuerſos, q̃ maluerit peccare, q̃ corporalẽ mortẽ incurrere, magis timẽtes eos q̃ corpus occidũt, q̃ qui corpus & aĩam p̃dere Matth. 10
p̃t in gehẽnã. Tales erãt hoĩes vt plurimũ ante Chr̃i paſſionẽ. Sed ip̃e ſua paſſiõe p̃ſtitit nobis exẽplũ moriẽdi pro iuſtitia, & abſtulit ſuis hũc inordinatũ timorẽ. Secũdo exponitur ſpecialr̃ de Iudæis: Vt liberaret eos, puta Iudæos, ab oneribus legis, p̃ grãm & meritũ ſuę paſſiõis, q̃ timore mortis corp̃alis, quã lex inflixit, trãſgreſſoribus ſuis, vel gehẽnalis, quã lex minabat per totã vitã p̃ſentẽ, obnoxij .i. ſubiecti erãt ſeruituti legis. Nã timore pœnarũ potius q̃ amore iuſtitiæ legẽ ſeruabãt. Chr̃us eñ ſua paſſiõe legẽ, quãtũ ad cerimonialia, euacuauit. Qua euacuata, fecit Iudæos liberos, vt p̃ fidẽ & grãm ſaluarent, ſine obſeruãtia cerimonialiũ, miniſtrarẽtq; deo amore potius q̃ timore. ¶ Deniq; q̃ Chr̃us pueris cõicauit in carne & ſanguĩe, hoĩesq; redemit, oñdit Ap̃ſs: ⌊Nuſq̃ eñ angelos app̃hẽdit.⌋ .i. nunq̃ legit angelos apoſtatas ad grãm reduxiſſe, aut angelicã naturã aſſumpſiſſe, ⌊ſed ſemẽ Abrahę app̃hẽdit.⌋ .i. carnẽ humanã ex ſemine Abrahę ſibi vniuit, & pp̃l̃m Iudęoꝝ Ephe. 2
ſpecialr̃ reuocauit. De q̃bus locutus ẽ: Nõ ſum miſſus, niſi ad oues q̃ perierũt domus Iſr̃l. Matth. 11

C ⌊Vnde (.i. p̃pter hãc cãm vꝫ q̃a ſemẽ Abrahæ app̃hẽdit) debuit.⌋ debito cõdecẽtiæ, nõ Matth. 15
obligatiõis, ⌊per oĩa.⌋ .i. in oĩbus naturalib᷒ proprietatibus atq; defectibus indetrahibilibus ⌊fratribus (.i. cæteris hoĩbus) ſimilari.⌋ nõ aũt in defectibus detrahibilibus, ſ. in culpa & defectu neceſſarioꝝ. Nõ eñ debuit eſſe claudus, cæcus, aut lãguidus, q̃uis t̃p̃e paſſio Matth. 14
nis elanguit. Fuit ergo alijs ſilis, q̃a mortalis vberibus lactatus, creuit, eſurijt, mãducauit, Lucæ 22
mortẽ p̃peſſus eſt, ⌊vt miſericors fieret.⌋ .i. miam impartiret. Vel, miſericors fieret actu Matth. 4
& habitu in natura humana, q̃ æternalr̃ miſericors eſt in natura diuina, ⌊Et fidelis pontifex.⌋ .i. ver᷒ mediator atq; ſacerdos p̃ nobis ⌊ad deũ⌋ patrẽ vel trinitatẽ immolãdo ſeip̃m deo in cruce hoſtiã ĩmaculatã in odorẽ ſuauitatis, ⌊vt repropitiaret.⌋ .i. deũ placãdo, deleret ⌊delicta pp̃li.⌋ .i. totius gñis humani, ſicut dicit Iohãnes: Ipſe eſt p̃pitiatio p̃ peccatis nr̃is. De hoc põtifice ait q̃q; Petrus: Cõuerſi eſtis ad paſtorẽ & ep̃m animaꝝ veſtraꝝ. ⌊In eo eñ in quo.⌋ .i. in natura hũana aſſumpta, in qua ⌊paſſus eſt ipſe.⌋ Chr̃us à p̃fide & eius miniſtris, ⌊Et tẽtatus⌋ à dęmone in deſerto, atq; Iudæis, q̃bus & loq̃tur: Quid me tẽtatis hypocritæ? ⌊potẽs ẽ & eis q̃ tẽtant auxiliari.⌋ ne ſuperent. Sua eñ paſſiõe & tẽtatione p̃meruit nobis grãm oĩbus tẽtatiõibus efficaciter reluctãdi, & nõ ſolũ vt deus, ſed etiã vt homo de plenitudine ſua influit nobis, quẽadmodũ caput membris.

Margin references: Esaie. — Iohan. 21 — Actoꝝ. 7. — Ibidem — Matth. 11. — Ephe. 5. — 1. Iohã. 1 — 1. Pet. 2 — Mat. 4. — Mat. 22 — Lucæ. 20. — Iohan. 1.

¶ Elucidatio ca. III. Vñ frẽs ſancti vocatiõis cœleſtis participes. Art. III.

OStenſa excellẽtia Chr̃i p̃ cõparationẽ eius ad angelos & prophetas generalr̃, nũc idẽ oſtẽdit ſpecialr̃ p̃ cõparationẽ ad Moyſen: Per q̃d etiã declarat eminẽtia noui teſtamẽti præ veteri. ⌊Vnde frẽs ſancti.⌋ .i. q̃a ſic potẽs eſt Chr̃us auxiliari tentatis, idcirco ô fratres ſancti, per regenerationem baptiſmatis, & mun-

& munditiā religiosæ cõuersatiõis⌊ vocatiõis cœlestis participes⌋.i. pdicatiõis & inspira D
1.Pet.1 tiõis ad cœlestem beatitudinē inuitātis, seu grēæ ad illā pducētis, cõsortes. Hæc em̄ vobis
FINIS exhibita sunt, ⌊ cõsiderate(cū imitatiõis) aplm̄⌋.i. nūtiū diuinit⁹ missum ⌊& põtificē⌋.i.
q viā seu pontē veniēdi ad deū nobis ōndit ac fecit dādo exemplū ⌊ cõfessiõis nr̄æ⌋.i. põ
tificē que cõfitemur eē verū filiū dei, saluatorēq̄ mūdi, ⌊ Iesum, q fidelis est⌋ scdm natu-
rā assumptā ⌊ ei q fecit illū⌋.i. deo prī, à quo scdm humanitatē creatus ē. Dr̄ aūt Chrūs fi
delis, nõ à fide, q̄ est virt⁹ theologica, quā ipe nõ habuit, qm̄ nõ fuerat verus cõprehēsor,
Iohan.8 sed à fidelitate qua efficaciter adimpleuit, q cq d cõplacuit prī. Propter qd ipe ait: Quæ
Ibidem placita sunt ei, facio semp. Et: Nõ quæro gloriā meā, sed honorifico prēm meū, ⌊ sicut &
Moyses in om̄i domo ei⁹⌋.i. in tota synagoga seu Iudæoꝝ cõgregatiõe q̄ est dom⁹ dei.
Nume.12 Vn̄ dn̄s ,ptestat Aharon & Mariæ: Seruus meus Moyses in om̄i domo mea fidelissimus
est. ¶Insup ōndit Chrūs excellētior Moyse. ⌊ Amplioris aūt grēæ⌋ maioris dignitatis
⌊ iste(Iesus) p̄ Moyse⌋.i. supra Moysen seu plus q̄ Moyses ⌊ dignus habit⁹ est⌋ à deo & fi
delibus hoībus, ⌊ quāto ampliorē honorē habet dom⁹⌋.i. de domo, vt.s. dom⁹ sit geniti
ui casus, ille, ⌊ q fabricauit illā⌋.i. fabricator domus, q̄ ei⁹ inhabitator seu dispēsator. Qd
intelligēdū est de principali fabricatore, q alios ad fabricādū īducit & ministeriali inhabi
tatore. ⌊ Oīs nāq̄ dom⁹⌋ tā materialis ex lignis atq̄ lapidib⁹ cõstās, q̄ spūalis ex diuersis fi
delib⁹ cõgregata, ⌊ fabricaf ab aliq̄⌋ artifice, diuersas partes ad inuicē copulāte. Per se em̄
Sap.1 nõ fit, sed sicut ptes materialis dom⁹ copulanf cēmēto & clauis, sic psonę fideles vtunf per
Iohan.4 fidē & charitatē. ⌊ Qui āt oīa creauit deus⌋ est. Ergo & ipe domum ecclesiæ fabricauit. E
Chrūs āt est de⁹. Ergo & ipe ædificauit ecclesiā, cuius mēbrum est Moyses, Chrūs vero
Nume.12 est dn̄s eius, ideo habet ampliorē honorē q̄ Moyses. ⌊ Et Moyses qdē fidelis erat in tota
Luc.4 domo ei⁹⌋.i. in om̄i synagoga Iudæoꝝ, ⌊ q diceda erāt⌋.i. q̄ deus iussit p eū dici ad po-
pulū. ⌊ Chrūs vero tanq̄ filius(dei naturalis & vnic⁹, fidelis est)in domo sua⌋.i. in eccle-
1.Cor.6. sia, ⌊ q̄ dom⁹ sum⁹ nos⌋ Chr̄iani p charitatē & fidē vniti. Templū em̄ dei scīm ē, qd estis
vos ⌊ si fiduciā⌋.i. actualē cõfidētiā.s. expectationē felicitatis futuræ, & adiutorīj grēæ ad
felicitatē obtinēdā necessarīj ⌊ & gloriā spei⌋.i. iucūditatē cœlestē, ad quam spes tēdit,
Matth. 7 ⌊ vsq̄ in finē(vitæ pn̄tis inclusiue)firmā retineamus⌋ stabilit ac pseuerāter sperādo, atq̄
futurā beatitudinē desiderādo. Hoc dicit Aplūs, qa sicut ad domū materialē reqritur sta
Coloss.1 bile fundamentū, ita ad domū spūalem.s. vt fideles sint domus dei, exigitur firmitas spei,
ac fidei: aliter deus nõ habitaret in eis p grām cõsummatā. ¶Ex pmissis de excellentia
Psal.94 Chr̄i admonet cõsequēter Aplūs diligēter obedire sermoni Chr̄i. ⌊ Quapropter⌋.i. cum
tāta sit eminētia Chr̄i præ Moyse, ⌊ sicut dicit spūs sanctus⌋ in Psalmo, quod subditur:
⌊ Hodie(.i. tpe euāgelicæ pdicatiõis & grēæ)si vocē eius⌋.i. verba Chr̄i ⌊ audieritis⌋ vel
ab ore eius, vel ab eis ministris, hoc ē, qa ea audietis ⌊ nolite obdurare⌋.i. verbis dei clau
dere ⌊ corda vestra⌋ ne sitis rebelles atq̄ increduli. Hęc ad Iſam dicunf ad Iudæos, q tpe
Psalm.67. Chr̄i & postea fuerūt. ⌊ sicut in exacerbatiõe⌋.i. queādmodū cõtigit, & à prib⁹ vr̄is factū
est in ,puocatiõe, seu dei offensiõe ⌊ scdm diem(.i. in die)tētatiõis (factæ) in deserto⌋ qn̄
ex infidelitate voluistis experiri potētiā meā, sicut ait Psalm. Et tētauerūt deū in cordib⁹
Nume. 14 suis, vt peteret escas aīabus suis, ⌊ vbi (in q̄ deserto) tētauerūt me pr̄es vr̄i⌋ freqnter. Vn̄
Exo.7.8.10 dn̄s ait ad Moysen in Numeris: Tētauerūt me iā p decē vices ⌊ pbauerūt⌋.i. expti sunt,
Exo.15 qd agere possem, ⌊& viderūt opa mea⌋ mirabilia in Aegypto, in mari rubro, in deserto F
Exo.14. ⌊ quadraginta annis(tāto em̄ tpe in deserto fuerūt vel circiter)propter quod⌋.i. ob tantā
puersitate istoꝝ ⌊ offensus(.i. iratus)fui generationi huic⌋ hoc ē, hoībus istis incredulis,
⌊& dixi(p angelū seu Moysen)semp hi errāt corde⌋.i. intellectū excæcatū hn̄t, & ex ma
litia peccāt. ⌊ Ipsi vero nõ cognouerūt(.i. spūaliter nõ itellexerūt)vias meas⌋.i. opa mea
Danie. 29 miraculosa ac iusta. Quæ viæ vocanf, qa pducūt ad dei notitiā. Vn̄ in Deutet. Moyses lo
quif: Vos(inqt) vidistis vniuersa magnalia, q̄ corā nobis dn̄s fecit, & nõ dedit vobis dn̄s
cor intelligēs, & oculos vidētes vsq̄ in pn̄te diē, ⌊ qbus iuraui⌋.i. firmiter dixi p Moy-
sen ⌊ in ira mea(.i. in zelo iustitiæ meæ, quo eoꝝ pc̄tā vindicare ,ppofui) si introibūt⌋.i.
nõ intrabūt ⌊ in requiē meā⌋.i. terrā ,pmissiõis, in qua eis, si nõ peccassent, māsionē qetā
Exodi.33 dedissem. Hoc deus iurauit, qn̄ filij Israel murmurauerūt cõtra dn̄m, auditis sermonibus
Nume.14. nūtioꝝ, q explorauerūt terrā Chanaan. Tunc em̄ iurauerūt q̄ nemo eoꝝ, q murmuraue
runt, ingrederef hāc terrā p Caleph & Iosue. ¶Ex pallegata scriptura infert Aplūs salu
Roma.7 tarē doctrinā. ⌊ Videte frēs, ne forte sit in aliq̄ vr̄m cor malū incredulitatis⌋ hoc ē, mēs
2.Timo.4 vitiosa pfidię subdita, ⌊ discedēdi(.i. paratū discedere seu auerri) à deo viuo⌋ à q̄ discedit
p inobedīētiā, nõ p localē distātiā, iuxta illud Osee: Dereliquerūt dn̄m in nõ custodiēdo,
Osee. 4. ⌊ sed adhortamini vosmetipsos p singulos dies⌋.i.q̄tidie admonete vos īuicē, seu qlibet se-
Esai.46 metipm̄ verb sacrę scripturę, ⌊ donec hodie cognoīaf⌋.i. q̄diu tps grēæ durat, & eē asserit,
2.Cor.6 de q̄ alibi dr̄: Ecce nūc tps acceptabile, ecce nūc dies salutis. De hoc q̄s scriptū ē p Zacha.
Applica

A Applicabunt gentes multæ ad dñm in die illo, ⌊vt ne obdureť qs ex vobis⌋.i.ne aliquis vestrũ
obstinatus fiat, seu habituatus in malo, ⌊fallacia peccati⌋.i.delectatiõe alliciente & rõnem exce Zacha. 2
cante, q̃ est in pc̃tõ. Peccatũ namq; delectat, vnde & tristitiã pmereť. ⌊Participes em̃ Christi 1.Cor. 6
effecti⌋.i. Chr̃o incorporati ⌊sumus⌋ vt mẽbra capiti, & de plenitudine eius accepimus, eius
q; hæreditatis cõsortes erimus, ⌊si tñ initiũ substãtiæ eius⌋.i.si fidẽ formatã, per quã primum Iohan. 1.
deo cõiungimur, & eius possessio efficimur ⌊vsq; in finẽ⌋.i.pseuerãter ⌊firmũ retineamus⌋.i. Ephe. 1.
stabiles & efficaces in fide mãserimus, ⌊dũ diciť⌋.i.qdiu dr̃ ⌊nobis: Hodie si vocẽ eius audieri- Ephe. 3.
tis, nolite obdurare corda vestra, quẽadmodũ in illa exacerbatiõe. Quidã em̃⌋ Iudæorũ in dese
to ⌊audiẽtes (verba dei) exacerbauerũt⌋.i.nõ credẽdo, & impie operãdo deũ grauiter offende
runt seu prouocauerunt. Nõ q̃ inuariabilis deus veraciter irriteť, vel exacerbeť, de q̃ legitur: Tu Sap.12
aũt dñator dñe cũ trãquillitate iudicas, & cũ magna reuerentia disponis nos, sed qa per modum
exacerbati se habet, dũ nostra pc̃tã districte vlcisciť, ideo apud Hiere. diciť: Nunqd me ad iracũ Hiere.7
diam prouocãt, dicit dñs? Nõne semetipsos in cõfusione vultus sui? ⌊sed nõ vniuersi q profecti
sunt ab Aegypto p Moysen⌋.i.nõ oẽs deũ exacerbauerunt, q per Moysi ducatũ exierũt Ae-
gyptum. Caleb em̃ & Iosue nõ offenderunt tã grauiter. ⌊Quibus autẽ offensus⌋.i. iratus ⌊est Nume.14.
deus⌋ in deserto ⌊quadraginta annis?⌋ qbus sil. Israel in deserto ambulauerunt, nõ q̃ quidie Deut.29
peccauerũt ita enormiter, sed qs frequẽter sic peccauerũt. ⌊Nõne illis q peccauerũt⌋ enormi-
ter discredẽdo, dũ tentãdo seu murmurãdo, ⌊quoꝝ cadauera prostrata⌋.i.deiecta & bestijs tradi- Deut. 28.
B ta ⌊sunt in deserto? Quibus aũt iurauit nõ introire in requiẽ ipsius⌋.i. in terrã pmissionis, ⌊nisi
illis q increduli fuerũt?⌋ verbis Caleb & Iosue, q cũ alijs nuntijs redeuntes, dixerunt: Nolite re Nume.14.
belles eẽ cõtra dñm, neq; timeatis populũ terræ huius, qa sicut panẽ, ita possumus eos deuora-
re. Dñs nobiscũ est, nolite timere. Quid aũt fecerũt increduli? Voluerunt vtiq; lapidib⁹ oppri- Roma.11
mere eos. ⌊Et videmus⌋ oculo fidei, testimonio scripturaꝝ, ⌊quia nõ potuerunt introire⌋ in
requiem ipsius terrã hanc deo eos prohibente, ⌊propter incredulitatem⌋ ipsorum.

¶ Explanatio Cap. IIII. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatiõe &c. Art. IIII.

DEniq; ex pinducta authoritate scripturæ hortať apl̃us ad debitã solicitudinẽ. ⌊Ti-
meamus ergo⌋.i.qm̃ illi Iudæi propter suã incredulitatẽ & murmurationẽ prohi-
biti sunt introire terrã promissionis, idcirco formidemus ⌊ne forte relicta pollicita-
tione⌋.i.oblita seu spreta promissiõe diuina nobis facta ⌊introeũdi⌋.i. de ingressu Ezech.18.
nostro post hanc vitã ⌊in requiẽ eius⌋ cœlestẽ.i.felicitatem æternã, ⌊existimeť aliqs ex vobis
deesse⌋.i.aliqs nostrũ inueniať à cõsequutiõe huius promissæ quietis deficere pp̃ter negligen-
tiã suã. Nã inexcusabiles sumus, si eã nõ obtineamus. Cuius rõ subinferť. ⌊Etem̃ & nobis annũ-
ciatũ est⌋.i.à Chr̃o in Euangelio pdicatũ de requie cœlesti, ⌊quẽadmodũ & illis⌋ Iudæis per
Moysen annunciatũ ẽ de requie terrena. Ait em̃ saluator: Beati paupes spũ, qm̃ ipsoꝝ est regnũ Matth.5.
cœloꝝ. Et alibi: In futura resurrectione nec nubẽt neq; nubenť, sed erũt sicut angeli dei. Et rur Matth.22.
C sus: Pater qs dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecũ, vt videãt claritatẽ meã, ⌊sed nõ Iohan. 17
profuit illis⌋ Iudæis ⌊sermo auditus⌋.i.quẽ à Moyse audierũt de possessione terræ promissæ,
nõ admixtus fidei⌋.i.nõ receptus fideliter. Fidei inquã habendæ ⌊ex his⌋.i.de his ⌊q̃ audie- Esa.26
runt⌋ de bonis sibi promissis. Et hoc patet ex opposito. ⌊Ingrediemur em̃ in requiẽ⌋ sempi
ternam ⌊qui credimus⌋ verbis auditis de promissione illius quietis fide formata, de q̃ ait Chr̃s: Iohã.11
Oĩs q viuit & credit in me, nõ morieť in æternũ, ⌊quẽadmodũ dixit⌋.i.sicut spũs sanctus ex
opposito de incredulis protestatus est in psalmo dicẽs, ⌊sicut iuraui in ira mea, si introibũt⌋.i. Psal. 94
nõ intrabũt ⌊in requiẽ meã⌋.i.terrã promissionis, sicut in pcedenti artic. explanatũ est plenius. Hebr.3.
⌊Et qdẽ opibus ab institutiõe mũdi pfectis⌋ Iã in supioribus mentionẽ fecit apl̃us de tempo-
rali requie Iudæis pmissa, atq; ex hoc intulit de promissiõe æternæ quietis nobis in cœlis pro- Matth.11.
missa. In qbus verbis supponiť, q̃ tpalis illa requies fuit figura requiei cœlestis. Et hoc nũc p
bat apl̃us, simulq; ostẽdit, qñ annũtiatũ est de requie sempiterna. Et quidẽ, tanq̃ dicat, Nũtia-
tum est nobis de requie illa, q̃d vtiq; factũ est, opibus.i.creaturis, ab institutiõe mũdi.i.q̃ à prin
cipio creatiõis fieri cœperũt, pfectis.i.distinctis atq; ornatis vsq; ad sextũ diẽ, in q̃ creatus ẽ hõ. Gene.1.
In illis nãq; sex diebus pfectæ sunt species reꝝ. Post cõsummationẽ itaq; operꝝ sex dierꝝ, sta-
tim, facta est mentio in scripturis de requie quadam, non tpali, sed sempiterna. ⌊Dixit enim⌋
scriptura seu spũs sanctus, ⌊quodam loco de die septimo⌋.i.sabbato ⌊sic⌋ sicut subiungitur, Gene.2.
Dies qppe dñica erat prima, ergo & sabbatũ septima, ⌊& requieuit deus⌋.i.operari cessauit, &
in semetipso quieuit, ⌊die septimo ab oĩbus opibus suis⌋ ante productis.i.nouis reꝝ specieb⁹
creãdis, quia exñc nõ creauit opa noua scd̃m speciẽ siue materiã. Nihilomin⁹ de materia tunc
facta, & ad similitudinẽ tũc factoꝝ nũc vsq; operať, aĩas rõnales creãdo, & totũ vniuersum ad-
ministrãdo, atq; p causas secũdas plurima producendo. Propter quod ait saluator: Pater meus Iohan. 5
vsq; mõ operať, & ego operor. Virtus ergo rõnis & intellectus huius scripturæ consistit in hoc.
Cũ ab exordio describiť productio mũdi, fit mẽtio de quadã requie qua deus quieuit. Hæc aũt Matth.11
requies est cœlestis nõ tpalis, sed p temporalẽ designať. Requies em̃ dei in seipso cõmunicatur

electis in patria, vt & ipsi in deo immediate quiescant, q in nullo possunt alio contenti reddi seu D
Gene. 2. quieti. Nō eñ sufficit rōnali creaturæ, nisi bonū immēsum. Ergo de requie nobis in cœlis para
ta sit mētio ante legē, in qua & figurata est requies vera, cœlestis & sempiterna. ¶ Deinceps ostē
Psal. 94 ditur, ꝙ etiā post legislationem sit sermo de requie sempiterna sub figura tpalis quietis. ⌊Et in
isto rursum⌋ .i. in psalmo iā dicto, iterū dicit spūs sanctus, ⌊si introibūt in requiē meā⌋ .i. incre
duli illi tēpore Moysi existētes nō ingredient terrā promissiōis. Per q̄d designat, ꝙ impij cœle
stem requiē nō intrabūt. ⌊Qm̄ ergo superest⌋ .i. restat ⌊q̄sdā⌋ electos ⌊inteoire in illam⌋ re
quiē beatā ac figuratā, ⌊& hi qbus prioribus⌋ .i. Iudæis, qbus añ nos ⌊annunciatū est⌋ p Moy
sen de ingressu terræ ꝓmissionis seu requiei tēporalis ⌊nō introierūt (eā) propter incredulitatē⌋
suā. ⌊Iterū terminat⌋ .i. scriptura sacra determinat seu inducit ⌊diē quēdā hodie⌋ .i. tps grē, q̄d
Roma. 13 vocatū est hodie, qm̄ q̄tidianū est, & durat vsq; in finē seculi, de q̄ dictū est Romanis: Nox præ-
Esa. 4 cessit, dies aūt appropinquauit. Et in Esaia: In illa die erit germē dñi, i. Chrūs filius dei, de quo
Hiere. 23. alibi legit: Suscitabo Dauid germē iustū, in magnificentia & gloria, ⌊in Dauid⌋ .i. in psalmo à
Dauid cōposito, ⌊dicēdo post tantū tēporis⌋ .i. post tam longū spaciū, ex q̄ illa dicta sunt pa-
Hebræ. 3 tribus in deserto p Moysen. Dauid eñ propheta longo tēpore post Moysen fuit, ⌊sicut supra
Psal. 64 dictū est⌋ de die isto cap. ꝓcedenti, tāq; repetit. ⌊Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare
Iosue. 14 corda vestra⌋ q̄ verba satis iā declarata sunt. Ex his palā est, ꝙ Dauid loquat de alia terra & re
quie q̄ illa, quā Moyses promisit, & ad quā Iosue introduxit. Illa eñ ante tēpora Dauid posses-
1. Reg. 25 sa fuit à filijs Israel. Dū ergo Dauid admonet eos, q terrā promissiōis possederunt, vt cum audie E
rint vocē dei nō obdurent corda sua, significat eos ad aliā requiē .s. cœlestē patriā ingressuros, si
Iudas apostolus obedierint deo. Quod figuratū fuit in eis q terrā promissiōis ingressi sunt. Ideo sequit. ⌊Nā si
eis⌋ vcs filijs Israel ⌊Iesus⌋ Chrūs, qui (vt Iudas dicit) populū saluās de Aegypto, eos qui non
2. Pet. 3. crediderūt perdidit. Quod conuenit Iesu, secundū suā diuinā naturā, secundū quā vere æternus
est, ⌊requiē⌋ verā atq; finalē ⌊ꝓstitisset⌋ in terra promissionis, vel per Iesum intelligit Iosue, q
Nume. 13. dictus est Osee, & Iesus, q minister fuit donatiōis terræ istius, ⌊nunq̄⌋ spūs sanctus per Dauid
Eccl. 46 ⌊de alio loqueret post hac die⌋ .i. in nullo tpe post diē seu requiē illā loqueret de alia requie hac
Acto. 7. die .i. q̄ nobis annunciat atq; proponit hodie, vtpote tempore grē. ⌊Itaq; relinquit⌋ .i. parat
& cōseruat ⌊sabbatismus⌋ .i. plena quies in cœlo significata per sabbatū & terræ promissionis
Apo. 19 quietē ⌊populo dei⌋ .i. electis fidelibus, qui ad cœnā nuptiarū agni vocati sunt. ⌊Qui enim in-
gressus est in requiē eius⌋ .i. q cœlestē quietē adeptus est, ⌊etiā ipse requieuit ab operibus suis⌋
Gene. 2. .i. laboriosis exercitijs vitæ p̄sentis, ⌊sicut & à suis⌋ operibus ⌊deus⌋ quieuit septimo die. Vñ
Apo. 14 & legim⁹: Beati mortui q in dño moriunt. Amodo iā dicit spūs, vt requiescāt à laboribus suis.
Acto. 4 Nec obstat q̄d in Apoc. asserit: Requiē nō habebā die ac nocte dicētia: Sanctus, sanctus, sanct⁹
Esa. 6. &c. quia requies sumit ibi improprie, pro cessatione ab actu. Sancti aūt in patria indefinēter a-
liquid agūt, deū laudando, amando, vidēdo. Proprie autē requies sumit pro cessatione à labore
EPIST. aut motu. ⌊Festinemus ergo ingredi⌋ feruēter amando & efficaciter operando ⌊in illam re-
quiem⌋ sempiternā, ⌊vt ne in idipm incidat quis incredulitatis exemplū⌋ .i. ne aliqs nostrum
incidat in eandē pœnā quā infideles Iudæi inciderūt propter incredulitatem, q̄ pœna nobis in
exemplū proponit, q̄tenus eā cōsiderādo vitemus pctā, propter q̄ infligit. Cur aūt festinandū F
Iohan. 5 sit, subdit. ⌊Viuus est eñ sermo⌋ .i. verbū seu vnigenitus filius ⌊dei⌋ Sicut eñ pater habet vi-
tam in semetipso, sic dedit & filio vitā habere in semetipso, ⌊& efficax⌋ .i. oīpotens, prout Sa-
Sap. 8. piens ait: Dū mediū silētium tenerēt oīa, oīpotēs sermo tuus dñe à regalibus sedibus veniēs. Et
Sap. 7 rursus idē: Omniū eñ est artifex, omnē habens virtutē, oīa prospiciens, ⌊& penetrabilior⌋ .i.
acutior ⌊omni gladio ancipiti⌋ .i. ex vtraq; parte acuto. Nō eñ pōt gladius tā intime corpi im-
primi, q̄ intime filius dei illabit oībus rerū essentijs. Cū nāq; sit verus deus, oīa penetrat, implet
& cōtinet, estq; intimior omni rei q̄ ipsa aut pars eius sibi, ⌊& pertingēs vsq; ad diuisionē aīæ
ac spūs⌋ .i. tam intimus homini, vt inter sensualitatē & rōnem discernat. Vel per animā & spm̄
2. eadē hoīs forma signatur, q̄ dicit aīa quantū ad vires sensitiuas, & spūs, q̄tum ad vires intellecti
uas. Tanta est aūt perspicacitas verbi dei, vt distinguat animā secundū partem sensitiuam, à se-
1. Cor. 2. ipsa secundum partem intellectiuam, ⌊cōpagum q̄q; & medullarū⌋ .i. subtilissima quæq; cor-
poris interiora perspicit & distinguit. Compages aūt sunt iuncturæ corporis neruis colligatæ.
Medullæ vero intra ossa inclusæ sunt, ⌊&⌋ hic sermo, verbū seu filius dei est ⌊discretor⌋ .i. di-
iudicator & cognitor ⌊cogitationū⌋ nō solū earū, quæ sunt in virtute cogitatiua organica, sed
& earū q̄ sunt in potētia intellectiua inorganica, ⌊& intentionū cordis⌋ .i. ordinationū finaliū.
Iob. 42. Deus quippe nō solum inspicit cogitationes, sed cernit ad quem finē quælibet cogitatio ordi-
1. Reg. 16 netur à cogitante. Vnde Iob dicit: Scio qa omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Et iterū scri-
ptura: Homo videt q̄ parent, deus aūt intuetur cor. ⌊Et non est vlla creatura inuisibilis in con-
Roma. 1. spectu eius⌋ .i. oīa sine exceptione manifesta seu nota sunt conspectui filij dei. Pater eñ diligit
Iohā. 5. filium, & oīa demōstrat ei q̄ ipse facit. ⌊Oīa aūt nuda⌋ .i. intime certa & sine velamine patula,
Matth. 10 ⌊& aperta sunt oculis eius⌋ .i. menti eius diuinæ, imo & animæ Christi oīa creata sunt cognita.

Ideo

Ideo scriptũ est: Oculi dñi multo plus lucidiores sup solẽ, circũspicientes oẽs vias hoĩm. Ecci.23
A Dño eñ deo anteq̃ crearent, oĩa sunt cognita, ⌊ad quẽ⌋ increatũ dei sermonẽ seu filiũ, Romañ.14
⌊est nobis sermo⌋ .i. ei tanq̃ iudici nos astare, & rationẽ reddere oportebit. Ideo cũ tan 2.Cor.5
ta sit potestas, sapĩa & eminẽtia iudicis nr̃i, merito festinare debem⁹ ingredi requiẽ eius;
ne tanq̃ ingrati & accidiosi cõdẽnemur ab ipo. Propterea hortat̃ apl̃us. ⌊Habẽtes ergo 2.Pet.2
põtificẽ magnũ⌋ .i. summũ sacerdotẽ atq; ep̃m, q̃ seip̃m imolauit p̃ nobis, ⌊q̃ penetrauit Actor.1.
cœlos⌋ .i. in sua ascẽsione sup oẽs cœlos ascẽdit cũ penetratiõe dimẽsionũ, ⌊Iesum filiũ
dei⌋ naturalẽ, nõ adoptiuũ ⌊teneam⁹⌋ .i. firmiter obseruem⁹ & exerceam⁹ ⌊cõfessionẽ⌋
duplicẽ, s. laudis diuinæ, & p̃priæ culpæ, dicẽtes cũ propheta: Cõfitebor tibi dñe in toto Psal.9 85
corde meo, Hoc est, Christũ laudemus semp, & nr̃a vitia accusem⁹. Sic aũt fiducial'r age- 120.137
re debem⁹. ⌊Nõ eñ habem⁹ põtificẽ, q̃ nõ possit cõpati⌋ .i. cõdescẽdere atq; clementer
succurrere ⌊infirmitatib⁹ nr̃is, tẽtatũ aũt⌋ .i. sed habem⁹ põtificẽ tẽtatũ à dæmone & Iu Mat.4.22
dæis ⌊p oĩa⌋ principalia gñ̃a tẽtatiõis, ⌊p̃ similitudine⌋ .i. p̃pter similitudinẽ quã cũ aliis Luc.4.20
hoĩbus habuit. Ideo eñ dæmon & eius ministri ausi fuerũt Chr̃m tẽtare, qm̃ eũ mortalẽ Marc.1.
viderũt. Habitu eñ inuẽtus est vt hõ. Vel, pro similitudine .i. pro exẽplo, vcz vt oĩbus no Philip.2
bis formã vincẽdi tẽtatiões p̃poneret, ⌊absq; p̃ctõ⌋ .i. tẽtatio ista nequaq̃ induxit Chri-
stũ ad aliquã culpã, nec ipse peccãdo meruit sic tẽtari. Ideo sua tentatione meruit nobis
grãm triũphãdi aduersus quaslibet tentationes. ⌊Adeamus ergo⌋ spũali accessu, de q̃ ait Psal.33
Psal. Accedite ad eũ & illuminamini. Et saluator: Venite ad me oẽs q̃ laboratis .i. cũ fide Matth.11
B deuota & charitatis affectu accedamus ⌊cũ fiducia⌋ nihil hæsitãtes, quẽadmodum apud Iacobi.1
Marcũ dicit: Oĩa quæcũq; orãtes petitis, credite q̃a accipietis, & eueniẽt vobis ⌊ad thro Marc.11.
nũ gr̃æ⌋ .i. ad Chr̃m, in q̃ habitat gr̃æ plenitudo, ⌊vt misericordiã⌋ .i. p̃ctõꝝ remissionẽ
⌊cõsequamur, & grãm inueniamus⌋ .i. q̃sitã grãm sortiamur à Chr̃o, ⌊in auxilio oppor FINIS.
tuno⌋ .i. ad habendũ auxiliũ nobis salubre, q̃tenus deus p grãm, nostrã infirmitatẽ semp
corroboret, iuxta illud Hiere. Dñs mecũ est q̃si bellator fortis. Idcirco q̃ me psequunt̃, ca Hiere.20
dẽt & infirmi erũt. Postremo, si cõtẽplemur, q̃tũ à Chr̃o dilecti sumus, q̃ta ipse pro nr̃a
salute assumpsit, egit ac ptulit, q̃ta misc̃dia, plenitudo, liberalitas eius, q̃ta etiã est miseria Luc.9
ac indigẽtia nr̃a, cũ omni vtiq; deuotiõe atq; fiducia ad thronũ gr̃æ eius pergemus, dicẽ
tes cũ sancto Iob: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Hinc eñ dicit Psalmographus: Iob.13
Lætetur cor q̃rentium dñm, quærite dñm & cõfirmamini, quærite faciem eius semper. Psal.104

¶Declaratio Cap. V. Omnis nãq; pontifex ex hoĩbus assumptus est &c. Arti. V.

MAnifestata in supioribus excellẽtia Chr̃i p̃ angelis & prophetis ac Mose, & ex Heb.1.2.3
hoc ostẽsa eminẽtia noui test. præ veteri, nũc declarat apl̃us excellentiã Chr̃i Hebr.4
rõne sacerdotij sui. Et q̃a in fine p̃cedẽtis cap. dixit nos posse p Chr̃m miseri- 1.Petr.2
cordiã & grãm cõsequi, ideo in huius cap. exordio p̃bat hoc p locũ à minori.
⌊Oĩs nãq; põtifex⌋ fidelis, p̃sertim legalis, vnde nũc agit̃, ⌊ex hoĩbus assumptus⌋ .i. de EPIST.
nũero hoĩm ad altiora p̃motus, ⌊pro hoĩbus⌋ .i. ad subueniendũ gregi sibi cõmisso, ⌊cõ
stituit̃ (.i. ep̃s ordinat̃) in iis q̃ sunt ad deũ⌋ .i. in spũalibus, s. vt q̃ diuina sunt exequat̃, & sa-
cramẽta dei dispẽset hoĩbus. Est eñ mediator & sequester dei ac populi sui. Nã ea q̃ po- 1.Reg.3.
puli sunt, offert deo, & ea q̃ dei sunt (puta virtutes & grãm) impetrat hoĩbus, q̃bus & ero Leui.6
C gat sacramẽta diuina. Ideo subdit̃, ⌊vt offerat dona⌋ .i. oblatiões spõtaneas populi ĩmo
let deo, ⌊& sacrificia pro p̃ctis⌋ .i. pro indulgẽtia p̃ctõꝝ, ⌊qui (põtifex) cõdolere possit⌋
.i. cõpati & misericorditer auxiliari ⌊his q̃ ignorãt & errant⌋ .i. subditis suis indoctis &
male agẽtibus, ⌊qm̃ & ipse circũdatus est infirmitate⌋ .i. mente & corpore fragilis est, &
ad p̃ctã procliuis. Caro quippe cõcupiscit aduersus sp̃m, & ratio atq; voluntas vulneratæ Gala.5
sunt p̃pter originale p̃ctm̃. Ex cõsideratiõe igitur p̃priæ infirmitatis moueri debet ad cõ Gene.8
dolendũ, succurrendũq; aliis, ⌊& p̃pterea⌋ .s. quia circũdatus est infirmitate, ⌊debet quẽ Romañ.8.
admodũ & pro populo⌋ sibi cõmisso, ⌊ita etiã pro semetipso offerre⌋ hostiã placationis
dño ⌊pro p̃ctis⌋ suis expiãdis, sicut offert pro p̃ctis suæ plebis. Hoꝝ nullũ cõuenit Chr̃o
põtifici nr̃o. Nõ eñ subiacuit infirmitati peccati, nec eguit pro seipso offerre. ⌊Nec quis- 1.Pet.2.
q̃ sumit sibi (.i. vsurpare debet) honorẽ⌋ põtificatus, ⌊sed q̃ vocat̃ à deo⌋ .i. p diuinã reue
lationẽ, siue legitimã electionẽ instituit̃, ille honore cõdignus est, & recte fit põtifex. Vo 2.Cor.10.
catur aũt à deo, q̃ iuste eligit̃, ⌊tanq̃ Aaron⌋ q̃ deo iubẽte & p virgæ floritionẽ ostẽdẽte
ordinatus & cõfirmatus est põtifex. His verbis notant̃ ambitiosi, q̃ nõ vocati ingerũt se- Nume.17.
metipsos. ⌊Sic & Chr̃s⌋ prout hõ, ⌊nõ semetip̃m clarificauit (.i. exaltauit) vt põtifex fie- Iohã.5.
ret.⌋ Vnde ait: Claritatẽ ab hoĩbus nõ accipio. Et rursus: Ego nõ quæro gloriã meã ⌊sed Iohan.8
q̃ loquutus est ad eũ⌋ .i. pr̃, qui ait ad eũ, ⌊Filius meus⌋ naturalis & vnicus ⌊es tu, ego ho Psal.2
die (.i. in æternitate) genui te⌋ secundũ diuinã naturã. Ille clarificauit eũ, prout ait: Et cla Hebr.1
rificaui, & iteꝝ clarificabo. Sic & clarificauit Chr̃m in baptismo & trãsfiguratione. ¶De Iohan.12
sacerdotio itaq; Chr̃i inducit apl̃s aliã authoritatẽ, ad ostẽdendũ, q̃ Chr̃s à pr̃e factus sit Matth.3.17
põtifex. ⌊Quẽadmodũ & in alio loco dicit⌋ pr̃ ad Chr̃m, ⌊Tu es sacerdos⌋ secundũ q̃d Marc.9
Psal.109

Y 2 homo

homo, mediãdo inter deũ & hoïes, & offerẽdo seipm pro ipsis ⌊in æternũ⌋ à parte po D
1.Timo.2 steriori, Nõ ad tẽpus dũtaxat, vt Aaron, cuius sacerdotiũ erat tẽporale ac typicũ, Christi
Romañ.8 aũt sacerdotiũ est verũ ac æternũ. Nã & ipse semp viuit ad interpellandũ pro nobis, osten
Zacha.6 dens patri latus ac vulnera, introducitq́ nos in beatitudinẽ patriæ, in qua offert nos deo
FINIS hostiã sempiternã, pfectã, atq́ gratissimã. Propter qd p Zachariã de Chro dr: Ipse por-
Gene.14 tabit gloriã, & sedebit, & erit sacerdos sup solio suo. Ideo subdit, ⌊secundũ ordinem Mel
Iohan.17 chisedec⌋.i. scdm modũ, dignitatẽ ac ritũ sacerdotij, q̃ functus est Melchisedec sacerdos
Luc.23. dei altissimi. Hoc infra diffuse tractabit. ⌊Qui (Chrs) in diebus carnis suæ⌋.i. tpe morta-
Marc.14 litatis suæ in hoc mũdo, psertim passiõe iã imminẽte, ⌊pces⌋ pro seipso, videlicet vt à pas
Iohã.12.17 sione liberaret si fieri posset, & vt statim post passionẽ clarificaret, resuscitaret & glorifica
Math.26. ret in corpe. Dixit em: Pater saluifica me ex hac hora. Et alio locn: Pater venit hora, cla
rifica filiũ tuũ. Itẽq́: Si fieri pt, trãsfer à me calicẽ istũ, ⌊supplicatiõesq́⌋ pro corpore suo
Iohan.17 mystico, puta pro suis electis, dicẽs: Pater sancte serua eos in noie tuo, q̃s dedisti mihi, vt
Luce.22 sint vnũ sicut & nos. Et ad Petrũ: Ego (inquit) pro te rogaui, vt nõ deficiat fides tua ⌊ad
Math.26. eũ,⌋ videlicet ad deũ patrẽ, ⌊q posset saluũ illũ à morte facere⌋.i. q Christũ potuit a mor
te eripere, ita vt nõ moreret, queadmodũ Chrs testat: An putas, qa non possum rogare
patrẽ, & exhibebit mihi mõ plus q̃ duodecim legiones angelorũ? Vel, posset saluũ illum à
morte facere.i. à morte resuscitare, qd & fecit tertio die. Pro qua saluatiõe Chrs frequen
Psal.21. ter pcat in psalmis, sicut cũ ait: Erue à framea de' animã meã, & de manu canis vnicã meã
Luce.23 ⌊cũ clamore valido⌋ vel oris, vel cordis.i. alta voce & feruida intẽtiõe, ⌊& lachrymis⌋ B
oculorũ ⌊offerẽs,⌋ sicut in psal. Oculi mei languerũt p̃ inopia. Et rursus: Quasi lugens &
Psal.87. cõtristatus sic humiliabar. Hoc accidit, qñ factus in agonia, prolixius orabat. Et qñ i cru-
Psal.34. ce suspẽsus, omniũ pereuntiũ dãnatione, ingratitudinẽq́ deplanxit. Quãuis em in euãge
Lucæ.22 lio nõ legat hoc ipm, propter authoritatẽ tñ apostoli certissime est tenendũ, qm multa fe
Iohan.21. cit Iesus q̃ non sunt scripta, ⌊exauditus est⌋ quantũ ad id, qd secundũ deliberatã rationẽ
Iohan.11 optauit, ⌊pro sua reuerẽtia⌋.i. propter suæ psonæ dignitatẽ, & operũ suorũ sanctitatem
Psalm.21 qbus patrẽ in oïb' honorauit. Propter qd ait: Gratias ago tibi pater, qm audisti me. Ego
aũt sciebã, qm semp me audis. Sed videt obuiare qd in psal. ait: Deus meus clamabo per
diẽ, & nõ exaudies, & nocte, & nõ ad insipientiã mihi. Et rñdendũ, q oïs oratio Chri ab
solute loquẽdo exaudita fuit, oïs videlicet q̃ ex deliberata rõne seu integra volũtate pro-
cessit. Aliqua tñ oratio eius, secũdũ qd accepta, videlicet in ordine ad appetitũ naturalẽ,
q̃ mortẽ abhorruit, exaudita nõ fuit. Talis quippe oro erat interpres naturalis desiderij,
Luc.22 ad demõstrandũ veritatẽ assumptæ naturę, sicut cũ dixit: Pater, aufer à me calicẽ istũ. Sed
Math.26. qa adiecit: Nõ qd ego volo, sed qd tu, cõstat q oro eius, simpliciter loquẽdo, prout ex rõ
Iohã.11. ne processit, fuerit exaudita. Ideo Martha pfessa est: Scio qa quæcũq́ popósceris à deo,
dabit tibi deus. ⌊Et q dẽ eũ (q̃uis) esset filius⌋ dei vnigenitus ⌊didicit⌋ notitia experimẽta
Iohã.1. li, nõ habituali, in qua nunq̃ profecit, nisi forte ponamus in Chro sciẽtiã acquisitã, à scien
tia infusa distinctã, ⌊ex his q̃ passus est, obediẽtiã.⌋ Virtutẽ em obediẽtiæ quã habitualr
Philip.2 sciuit, expertus ẽ patiẽdo, ⌊& cõsummatus⌋.i. occisus, qñ & dixit: Cõsummatũ est. Vel,
Iohan.19 cõsummatus.i. pfecte glorificatus in aïa & corpe, in resurrectiõe & ascẽsione, ⌊fact' est
oïbus obtẽperãtibus (.i. obediẽtibus) sibi causa salutis⌋ æternæ, quã salutẽ virtute sacramẽ F
Psalm.109 torũ cõsequimur, per q̃ meritũ dñicæ passionis nobis applicat, ⌊appellatus à deo põtifex
Iohan.6 secundũ ordinẽ Melchisedec.⌋ Sic em ait pater ad Christũ: Tu es sacerdos in æternũ se
Gene.14. cundũ ordinẽ Melchisedec. Chrs nãq́ nõ obtulit bruta, sicut sacerdos legalis, sed corp'
suũ & sanguinẽ sub speciebus panis & vini, qd significatũ fuit p sacrificiũ Melchisedec, q
